contrahi spōsalia p nuntiū vel per lr̄as siue p p/curatorem ſuper hoc: si absens hoc sciat: vt quia misit nuntiū vel de cōscientia sua fit vl̄ postea ra tum hꝫ. 32. q. 2. bonorāt: hosti. Itē si qui añ puber tatem contrahunt matrimoniū sponsi esse intel/ligantur. Itē nota q̄ si absens misit nuntiū vel p̄curatorem ad contrahendō sponsalia: z postea reuocat: non solum si reuocatio perueniat ad p/curatorē anteq̄ puella cōsentiat: nihil agitur: ar. extra de p̄cura. in n̄a. z. c. mādato. immo etiā si reuocatio ꝓueniat ad p̄curatorē postq̄ puella consensit: si tn̄ p̄curator reuocatus fuerat: anteq̄ cōsētirꝫ puella: nihil est actū. hec hosti. Itē qui ꝓtraxerunt sponsalia: que tenuerūt: vt qz ī etate ōbita fuerūt cōtracta tenētur ꝓtrahē matrimoniū simul: nec pōt alterum eoꝝ cōtrahē cū altera persona: si tn̄ cōtraxerint p verba de p̄nti: tz ſm m̄rimoniū: extra eo. sicut. sed tenetur agere p̄nia ō fide mētita: z multo magis si p̄mo ītercenerit iuramentū: extra eo. ex lr̄is. Sed siquis iurat alteri vnam de filiabus suis dare in coniugē: nō nominando aliquā determinate. R. hosti. dare tenetur: sed quācunq̄ det liberatur: qz p̄missoris est electio sicut z in alijs p̄missionibus: de re iu. c. in alternatiuis. z si oēs moriant̄ p̄ter vnam ad illam dandam tenetur: ar. ff. e. qō certo loco. l. ij. sed si vnam ex ipsis offerat z ille nō acceptet cui p̄missum est: liberatus ē p̄missor etiaꝫ a iuramē to. ff. de cōdi. indebi. cum is. q̄ si vnam ex illis carnaliter cognouerit: nullā aliam habere pote/rit pp affinitatē contractā: īmo qō plus est si cō templatione p̄cedentis contractus cōmixtio fa/cta est eēt matrimoniū: extra eo. qui duxit. in m̄ri. signnificauit. Sed quid si quis iurat alteri dare sibi vnam ex filiabus suis z determinat quā: z si illam habere nō possit p̄mittit sibi aliā. R. hosti q̄ tenetur ei dare p̄imā z ad hoc laborare bōa fide: extra de spon. ad audientiam. q̄ si non pōt tunc distinguendū: qz si p̄ima cōsensit spōsalib⁹ exp̄sse vl̄ tacite: vtputa: qz ipa p̄nte z n̄ contradi cēte fuerunt cōtracta sponsalia: vel postea ipsa ra tificante soroꝝ illius habere nō potest: qz cū p/sona cōtraxit sponsalia pp ī pedimentū publice honestatis iusticie: vt. d. c. ad audientiam. etiam si illa p̄ima sponsalia forte pp consanguinitatez aliquā cum p̄ima non tenuissēt: si vero p̄ia nul latenus consensit sponsalibus tenetur ei de secū da: extra de spon. ex lr̄is. Sed queritur qd iu/ris de penis que ponuntur aliquando in sponsa libus? R. ſm ray. tz sponsalia possint contrahi sub conditione p̄misse pecunie: non tamē pōt pe cunia p̄miti per modum pene: z si p̄missa fue rit non tenet p̄missio nec potest peti: vt si dica tur nisi tecum contraxero dabo tibi centuꝫ mar chas. nam coniugia debent esse libera: extra eo. requisiuit. z. c. gemma. idem tho. in. 4. di. 27.

Nō tamen q̄ arre sponsalicie ab ea parte q̄ cām p̄stat vt nuptie non sequantur: amittuntur: rece pte vero restituūtur in duplū. C. de spon. l. arris

¶ sponsalia arre amittunt̄ ab ea p̄te q̄ cām p̄stat nupie nō sequunt̄.

Quinetiam si quis vellet sponsalia firmiter alli/gare potest sic facere ſm hosti. s. vt det magnam quātitatē p arris z stipulet eas in quadruplū: qz tūc potest stipulari z nō amplius: z tunc si ste terit per recipientem quominus matrimoniuꝫ sequat̄: restituet eas in quadruplū. C. eo. l. ſi. ces/sat tn̄ pena arraꝝ in quibusdā casib⁹: vt si temp⁹ apposituꝫ lapsū sit: tūc enim is per quē non ste/tit: nubat īpune. Itē cessat si sponsus impeditus fuerit: dū tamen cāz īpedimēti nō p̄uebuerit. ces/sat et̄ ꝓpter cām legibus īterdictā: puta si de iu/re matrimoniū sequi nō potest. C. eo. l. vlt. No ta igit̄ q̄ si in sponsalibus appositū est tēpus: īfra quod fieri debeat matrimoniū: ille p quem non stetit īpune nubit: sed alij datur penitētia de fide mētita: extra eo. sicut. Nota q̄ in nouē casi/bus soluūt̄ sponsalia de iure z sine peccato secū dū ray. Primus si alter sponsoꝝ transeat ad religionē: quod etiā facere potest cōtracto matri monio de p̄nti z nōdū cōsumato etiā altero īui/to: z sic ille qui remanet ī seculo soluit̄ a sponsa/lib⁹ z etiā a matrionio. Secūdus est q̄n spō/sus nō īuenitur: quia transtulit se ad aliā regio/nē: z si terminus ī spōsalib⁹ non fuit appositus de contrahēdo: tūc ꝑz leges p̄is nō tenet̄ expecta/re absentē: nisi per biēniū tn̄ ꝑz hosti. iudex pote rit p̄olōgare vel abbreuiare tp̄s ꝑspecta qualita te personaꝝ. Tertius est si alter sponsoꝝ post cōtracta sponsalia incurrat lepraꝫ vel paralisim: amittat oculū vel nasuꝫ: seu quicq̄ ei turpi⁹ eue niat: extra de cōiu. lepro. c. vlt. extra de iureiurā. c. quēadmodū. vbi īnuit̄ q̄ si etiā iurauit nō te/netur. Quartus si superuenit affinitas: puta qz spōsus cognouit cōsanguineam spōse vel econ/uerso. 27. q. 2. quidā de spon. Et ad hoc p̄bāduꝫ sufficit sola fama: z ꝑz hosti. sufficit vnus testis.

Quītus si mutuo se absoluant: sicut qui socie tatem fide īterposita cōtrahūt: z postea sibi eaz remittūt extra eo. p̄eterea. z hoc ꝑz ray. goff. al/ber. tho. pe. z ricar. Sextus si alter eoꝝ fuerit foznicatus post sponsalia: in quo casu licet alteri repellere foznicātem: extra de iureiuran. quēad/modū. z hoc de foznicatione carnali: z mltō ma gis de spirituali. s. hereſi vel infidelitate. Pro fō nicatione vero non voluntarie cōmissa: puta si sponsa violenter ab alio cognita fuit ꝑz hosti. nō debet repelli sponsa: vir etiam cogi nō debet du cere talem: sed p̄o foznicatione commissa ante sponsalia non debet dimitti sponsa: nisi ſm hug. si tempore desponsationis credebat eam eē vir ginem: z postea constitit esse corruptam anteq̄ haberet per verba de p̄senti. Septimus q̄n sponsus vel sponsa contrahit cum altero viro p verba de p̄senti vel etiam per verba de futu/ro: z sequitur carnalis copula: peccauit talis ta/men mortaliter: qui fidem fregit. si autem cōtra hit cum vno vel vna sponsalia de futuro sine in terpositione iuramenti: z cum secunda similiter de futuro sed cum iuramento: debet remanere

C

¶ ut sponsalia frāngant̄. q̄ facē debent.

¶ causa pena. cessat in q̄bꝰdā missibꝫ.

¶ sponsalia soluunt̄ in. 9. casib⁹. de iure.

¶ m. vj.

cum prima ſm ray.⁊ hoſti.⁊ ricar.in.4.zz.q.4.i malis ꝓmiſſus.⁊ peccauit tamē mortaliter cum ſecunda contrahendo. Octauus quando ipubes qui contrahit ſponſalia venit ad etatē adultam:⁊ petijt abſolui a vinculo ſponſalium ⁊ dari ſibi licentiam nubendi:extra de deſpon.impub. de illis.Dē̄s predictos caſus ponit ray.⁊ hoſtiē.

Nonus ſm hoſti.ſi fama habeat q̄ inter eos ſit aliq̄ impedimentum:⁊ de fama doceatur:ex̄ de re iu.intra. Addit ricar.in.4.predictis caſib⁹ decimum ſm quoſdā.ſ.cuz ſponſalibus ſuperuenit votum ſimplex continentie. Sed vtruz teneant ſponſalia iuramento firmata per metum facta qui cadit in conſtantez virum:dubiuz eſt propter iuramentū additū.⁊ ricar.in.4.ſup hoc ponit duplicem opinionē.Aliqui enim dicunt:q̄ predicta ſponſalia non tenēt ipſo iure nec in foro exteriori:nec in foro conſcientie :q̄z nec de⁹ nec eccleſia tale iuramentū voluerunt eſſe obligatorium reſpectu eoꝝ in quibus maxie requiritur libertas:de quoꝝ numero eſt contractus ſponſaliū ⁊ in religione profeſſi.15.q.i.non eſt.Alij vo dicūt q̄ talia ſponſalia tenent ⁊ obligant contrahentem in foro conſcientie:q̄uis in foro exteriori non reputetur obligatus:eo q̄ eccleſia preſumeret conſenſum interiorē non affuiſſe:⁊ rō eſt ſm eos:q̄z qui per iuramentū ꝓmiſit ſe aliquā ducturum in vxorē:ſi q̄ iurauit non īplet peiurat:ad q̄ ſequitur :q̄ mortaliter peccat:ſed q̄libet obligatur ad vitandū mortale peccatū ergo z̄.hec ille Tutior via eſſet vt peteretur a ſuperiori diſpenſatio a tali iuramento.pe.guil.⁊ hug.

Et notandum q̄ in tribus predictis caſibus ſoluuntur ſponſalia ipſo iure.ſ.quando trāſit ad religionē alter:⁊ quando contrahit cuz alia per verba de preſenti ⁊ per fornicationē ſi eſt notorium.In ceteris vero caſibus ſoluenda ſūt auctoritate epiſcopi:ar.extra de deſpon.īpu.acceſſit ſm hoſti.Et hoc vltimū intelligit:ricar.in.4.q̄ ipſa ſponſalia.ſunt celebrata in facie eccleſie vel coram teſtibus.nā ſi omnino eſſent clandeſtina: etiaz ſine iudicio eccleſie pñt diſſolui in dictis caſib⁹. Itē̄ nota q̄ ſponſalia pñt contrahi ſcōm ricar.in.4.ſex modis.

Primo modo ꝓmiſſione cū dicit vir accipiā te in meā ⁊ mulier accipiam te in meū. Secundo datis arris ſponſalicijs vt pecunia ſocalibus ⁊ bi⁹:⁊ ſi ex defectu vnius frangunt ſponſalicia ſine defectu alterius:ille qui cōmiſit defectū frāgendo fidem perdit arras:ſi dedit:⁊ reſtituit duplicatas ſi recepit. Tertio anuli ſubarratione: alicubi tamē datur anulus quando contrahitur per verba de pñti ⁊ tunc non ſunt ſponſalia :ſed perfectum matrimonium. Quarto quando ꝓmiſſio de contrahendo matrimonio firmat iuramento. Quīto quando datur fides ab alter utro q̄ pertinere videtur ad iuramentum. Et vtrum ſponſalia iuramento vallata facta p metum qui cadit in conſtantē virum teneant ⁊ obligent:ponit idem ricar.in.4.di.29.duplicem opi. vt ſupra dictuz eſt. Quidam dicūt q̄ obligāt in foro conſcie non in foro eccleſie.Alij q̄ nec i foro eccleſie nec conſcie.ponit rationes ⁊ reſpōſiones ꝓ vtraq̄ parte. Sexto fiunt ſponſalia ſub conditione:vbi nō q̄ cum ſponſalia fiunt ſub cōditione:ſi conditio eſt honeſta vel vtilis:vt cum dr̄ accipiam te ſi parentibus placet vel ſi dabis centum:exīte conditione tunc ſtat ꝓmiſſum firmum.Si vero conditio ſit inhoneſta ⁊ cōtraria bonis matrimonij:vt accipiam te ſi venena ſteri litatis ꝓcuras:tunc ſponſalia non cōtrahuntur: ſi furtis meis conſentias:tunc extat ꝓmiſſio: ſed tollenda eſt conditio ſm tho.⁊ ricar.in.4. Utrum āt votum ſimplex īpediat ſponſalia:henricus Boycb ſuper.c. rurſus:extra qui cle. vel vo.circa hoc primo dat duas regulas quarū prima eſt. Quotiens contrahuntur duo vincula equalis potentie incōpoſſibilia :primū preiudicat ſecundo. Secunda regula eſt.Si duo vincula diſparis potentie incōpoſſibilia cōtrahunt̄ fortius repellit minus forte :vt probatur extra d̄ ſpon.ſi inter.Cum ergo queritur an votum ſimplex diſſoluat ſponſalia de futuro diſtingue: q̄ aut votum ſimplex precedit ſponſalia ipſa aut ſequitur.ſi precedit votuz ſponſalia tunc impedit ⁊ dirimit etiam ſponſalia de futuro iurata:vt in iſto.c.rurſus.q̄z hoc caſu iuramentum eſt illicitum:cum iuret facere contra id q̄ vouerat.vnde non ſeruandum.zz.q.4.inter cetera.ſicut alias in ſponſalibus prioza ſponſalia ſunt conſumāda:vt de ſpon.ſicut ex litteris.q̄ eſt verum etiā ſi in primis non interuenerit iuramentum ⁊ i ſecundis interuenerit ſm īno.hoſti.abb.⁊ io.an.

Aut ſponſalia precedūt votum ſimplex :⁊ tūc votum non impedit vel dirimit ſponſalia:ſz eo caſu cogi debet vel votum ſolēnizare.ſ.profitendo in religione:⁊ ſic eſſent ſoluta ſpōſalia vl̄ ſpōſalia profiteri ideſt contrahere matrimoniuz :vt de conuerſione coniugatorum ex parte ſecundum inno.⁊ hoſti. Adde q̄z hoc videtur intelligendum quando alter coniugum hoc petit.ſ. illum cogi.nam ſi vellet votum implere etiam i ſeculo remanendo ideſt cōtinere :⁊ mutuo ſe voluntarie abſolueret ab obligatione ſponſalium auctoritate eccleſie fieri poteſt:q̄nīmo cum ad huc poſſit votum ſuum implere etiam ſi alter ñ abſoluit a talibus ſponſalibus:q̄z poteſt religionem intrare tenet votum quo ad deum:⁊ hoc ſi votum eſſet fortius vinculum q̄ iuramentum vel ꝓmiſſio ſponſaliū vt videtur:ſed vt in directorio iuris dicitur ſecundum inno. hoſti.⁊ goff. videntur eſſe vincula equalis potentie:⁊ ideo dicunt q̄ primum prevalet ſicut prima ſponſalia prevalent ſecundis nuptijs:⁊ prima ſunt conſummanda non ſecunda.ſic in ſpōſalibus ⁊ voto ſimplici melius eſſet conſeruare votum:q̄ conſumare ſponſalia:ſed hoc ñ niſi p profeſſionē i religiōe

Qō etiam dictum est in primo casu. s. q̄ votus precedens sponsalia impedit ⁊ dirimit: intelligit quo ad deum: q⁊ talis non potest licite contrahere: ⁊ si contrahit etiaz matrimoniū per verba de presenti non potest licite cōsumare ipsum: sed tenetur religionē intrare: si tñ de facto cōtrahat tz matrimoniū. De voto solēni qūo ipediat vl diri mat dictum est supra: ⁊ de contracto per verba de presenti: qūo possit dissolui etiam ibi. Item nota q̄ ille qui contraxit sponsalia si vult recedere ab eis extra casus predictos debet moneri p̄us ad obseruanō: extra eo requisiuit. tandē pōt cogi p censurā: extra eo. ex litteris. tamen cogendus non est: vbi pbabiliter timetur difficilis exitus: puta vxoricidium ⁊ hi⁹ vt in. d. c. requisiuit. peccat tñ moztaliter ſm tho. recedens ab ipsis etiaz si non cogatur per ecclesiam.

De contractu mr̄imonij de p̄nti. ca. 19.

Matrimonium ratificatur siue contrahitur per verba de p̄senti exprimentia mutuū consensum vel etiā per lr̄as absentiū significans mutuum consensum: vel per alia signa manifesta in illis qui non p̄nt loqui vel audire. Requiritur ergo primo et principaliter cōsensus animi seu itētio ꝯtrahēdi ex vtraq; parte. vnde si aliquis contrahit sponsalia: vel etiam contahit per verba ō p̄nti: nō hñs intentionem ꝯtrahendi: sed extorquēdi carnalē copulam: ⁊ sic cognoscit illam: cuius p̄sumi debeat p matrimonio: vt extra de spon. tua. ⁊ ita iudicaretur in foro iudiciali: ecclesia etiam si de verbis illorum contrahentium constiterit compellet illum stare cum illa: cum de intentione ipsi ecclesie constare non possit. vnde non crederetur eis etiam si ambo dicerent se nō intendisse cōtrahere: q⁊ quilibz sic posset dicē ⁊ sic dimittē vxorem ad placitum: ⁊ hoc nisi signis euidentib⁹ appareat se illos non intēdisse: sed simulasse tūc. n. iudicabit non esse matrimoniū: alias verbis eorum stabit vt dictū ē: quasi vere ⁊ cum intentione dicta sint. ī foro tamē penitētie si ille q sic cōtraxit simulate nō ꝓposuit eam ducere: nec vnq; consensit in eam non debet ex illo facto iudicari matrimonium cōtraxisse: qñ ex altera parte dolus affuit ⁊ defuit omnino cōsensus: sine quo ne queunt fedus efficere coniugale: vt in. d. c. tua. idem pe. tho. ⁊ alber. Et addunt q̄ illa ex pte cuius non est dolus excusatur a peccato: sed deceptor: si veram vult facere p̄niam necesse habet illam sine fictione ducere quantuz in eo est: vt dare sibi virū cōuenientē aut aliter satisfacere. Addit tamē tho. q̄ ad hoc tenetur si vir sit equalis ꝯditionis cū illa. nā si sit mlt̄ū meliozis ꝯditiōis q̄ illa: vel si aliud signū euidens fraudis apparuit: potest pbabiliter p̄sumi q̄ sponsa nō fuit decepta: sed se decipi finxerit: ⁊ tunc nō tenetur ad predicta secundum quosdam. Item nō. secundo ricar. in. 4. q̄ cum quis cognoscit eam cum qua contraxit solū per verba de futuro: q̄uis sit ibi matrimonium p̄sūptum secundum iudicium ecclesie: tamē secundum iudiciuz dei non est ibi matrimonium: q⁊ matrimoniū secundum rei veritatē sine reali consensu de presenti contrahi nō potest. vnde si talis contraheret cum alia p ⁊ba de presenti cum ipsa secunda remanere debet: ⁊ tz ecclesia iudicaret pro primo ⁊ cogeret secūdā dimittere ⁊ ad primam redire: ipse tamen q̄ scit factum suuz nullo modo debet dimittere sc̄az ⁊ stare cum prima: q⁊ adulterium cōmitteret: ⁊ potius debet pati excōicationem. Et tz prelatus ecclesie non peccet in iudicando sic: q⁊ iudicare habet secundum pbationes exteriores: iste etiā non peccabit pro illo tempore quo abstinet a diuinis ⁊ sacramentis propter talem excōicationē

Quia ergo consensus animi principaliter regitur in matrimonio hīc est q̄ furiosus vel ītanus dicendo verba exprimētia cōsensū matrimonij non pp hoc cōtrahit: q⁊. s. talis cōsentire nō pōt. 32. q. 2. nec furiosus. qō intelligenō est dū est ī furore. Nā si bēat lucida ītertualla tūc cōtrahere potest. tho. ⁊ rica. Item ebrius si ita ebrius est q̄ nescit quid agat: non pōt cōtrahere. nisi qō fecit in ebrietate postea ratū bēret: sed si nō auferat vsus rōnis pp ebrietatē cōtrahere pōt. tho. ⁊ ricar. in. 4. Item inter absentes nō potest cōtrahi nisi p lr̄as exprimentes consensū vel p procuratorem: qui sup hoc bēat sp̄ale mandatū: nec potest aliū substituere: nisi sit ei sp̄aliter cōmissū: q̄ procurator si fuerit reuocatus añq; cōtractū non tz matrimoniū postea cōtractū per ipsum procuratorem: q̄uis ignorauerat reuocationē: ex̄ de p̄cu. procurator li. 6. hosti. Cum āt matrimoniū ītер absentes contrahitur per lr̄as solū: dicit ray. si illa vel ille cui mittūtur lr̄e nulli exprimit cōsensum suum: credo sine p̄eiudicio q̄tūcunq; consentiat: non est matrimonium: sed bene demum erit: qñ notificauerit siue significādo illi qui misit litteras siue alij dicendo. Item ante quartūdecimum annum masculus: ⁊ ante. 12. femina contrahere non potest: extra de despon. impu. puberes. ⁊ si ante contrahunt non est matrimoniū: tz erunt sponsalia: nisi essent proximi pubertati: ⁊ ita q̄ malicia suppleret etatem: extra de despō. impube. de illis. Dicit āt pe. de palu. q̄ si nō distent plusq; per sex menses vel malicia suppleat etatez: ⁊ possint carnaliter cōmiscere tenet matrimonium contractū: extra de despon. impu. c. puberes. Ray. āt dicit: q̄ nō debet distare a pubertate vltra sex menses: licet alia concurrant: ar. ex̄ de despon. impu. continebatur: qō dicunt pleriq; doc. hoc verum: niū essent carnaliter copulati: tunc enim credo tutius dicit iohan. in summa cōfesso. pro matrimonio iudicandum: etiam si vltra sex menses a legitima etate distarent: exemplum extra de despon. impu. c. a nobis. Concor.

inno.in glo.super.c.continebatur. Sed albert.i quarto sic dicit. Mihi videtur de distantia potius in plus ꝛ minus: q̄ determinandū sit ꝫ diuersam dispositionem mēbrorum ꝛ sagacitatis: ga ego vidi puellam de qua cōmuniter perhibebatur: q erat nouem ānorum que concepit ꝛ pepit cū decimum implere inceperit. Et philosophi dicunt q quidam nascuntur dentati lanuginosi ꝛ pilosi in genitalibus qui citius alijs sunt apti ad coitum. ꝛ puto q variantur hec in locis calidis ꝛ frigidis: sicut ꝛ ipsa impregnatio ꝛ corporis īcrementum. Hof. dicit: q per aspectum corporis ꝛ eius qualitatem pubertas probari debet: ꝛ quāto tempore ānī determinati preueniri possint: dicit arbitrio iudicis relinquendum: vt ipse qualitatem persone prudentiam ꝛ maliciā metiatur. nam ꝛ pubertas plerūq; annos anticipat ꝛ potētia coeundi: extra eo. puberes. ꝛ. c. a nobis. hosti. vero dicit q nunq̄ dicitur potens nisi ꝑbetur p euidentiam: quātūcunq; sit ꝓximus pubertati. vnde non potest preueniri tempus duodeciz annorum in femina ꝛ quatuordecim in viro: nisi forte dies adimendo. Et q ꝓm quod requiritur in matrimonio contrahēdo est expressio cōsensus per verba vel per equipollentia: ideo nō q si in ipsa expressione verborum ponatur pactum vel conditio contra substantiaz ꝛ bona matrimoni: nil agitur: vt si dicat aliquis. Contrabo tecum siue accipio te in meam vxorem si generationem plis euites: vel donec inueniam aliam digniorem: vel si pro questu te adulterandam tradas.

Nam prima conditio est contra bonum matrimonij qō dicitur ples.

Secunda conditio contra ꝓm bonū matrimonij: qō dicitur sacramentum.

Tertia conditio est contra tertium bonū matrimonij: qō dicitur fides. Ista tria. s. fidem: plē: ꝛ sacrm ponit aug⁹ esse bona matrimonij. 27. q. 2. c. omne. ꝛ in ple intelligī vt amanter suscipiatur ꝛ religiose educetur in fide: ne cum alia vel alio misceatur in sacramēto vt matrimonium postq̄ consumatum fuerit: nō sepetur vsq; ad mortem: iz quo ad actum possit separi vel ex cōi consensu vel propter fornicatōnem. Quādo ergo aliqua conditio ponitur contra aliqō predictoꝝ non tz matrimoniū: extra de condi. appo. c. fi. sed si contrahens intēdat nō seruare fidem: sed adulterari: nihilominus tz: si hoc non ducatur in pactum. Similiter intentio ꝑplem vitandi maxime si ducatur in pactū ꝓm pe. excludit matrimoniū: sed intentio non educādi ꝑplem non excludit: nec etiam despatio prolis. Item intentio nūq̄ exigendi debitum ꝓm Guil. non viciat cōtractum: īmo etiam intentio negandi: dūmodo non ducatur in pactū. Item intētio ducendi aliam vxorem: dimissa illa cuz qua cōtrahit vitiat contractum: sed ipsa retenta tenz matrimonium. Si. āt in expssione verboꝝ ponatur conditio inhonesta vel impossibilis: non tī contra bona matrimonij: tenet matrimonium: ꝛ illa ꝯditio habet ꝑ nō adiecta: extra de cōditō. appo. c. fi.

Pro maiori declaratōne eius: quod dictum est de expressione cōsēsus per exteriora signa: dicit pe. in. 4. di. 27. q ñ sufficit actus interior ad ꝯē sacrī: sed requiritur signum exterius expssum: ꝛ q̄uis ista expssio conuenientius fiat per verba: potest tamen fieri ꝛ ꝑ alium modū precipue in matrimonio: vt p lras absentium: vel per euidentia signa pñtiū non valentium loqui: vt mutoꝝ vel etiam loquētium: vt dicetur. Idem tho. ꝛ innoc. Dicit idem. petr. 29. di. q in his qui sunt sui iuris. requiritur cōsēsus per eos expssus: sed in his qui sunt iuris alieni: vt in filijsfa. sufficit tacitus cū expssione eoruz in quorum sunt ptāte: vt patet. 32. q. 2. bonorantē idem tho. ꝛ inno. ꝛ Guil. qui etiam ponit talem casum seu. q. Quid si vir dicat mulieri accipio te in meam vxorez: ꝛ illa nihil respondeat? dico q si mulier consentiat animo: sed ex verecundia taceat: permittit tamen se subarrari per annuli īmissionem voluntarie vel dotari: ipsa taciturnitate ꝛ patientia consensus eius exprimitur: ꝛ si lingua taceat vt nō. h. 27. q. 2. c. vl. Uerba enim in matrimonio non sunt ita de substantia sacrī: vt ī baptismo ꝛ eucharistia: sed verba ꝛ nutꝰ vel alia indicia sunt necessaria ad hoc: vt constet ecclesie de consensu matrimoniali. Concor. tho. dicens in hi⁹ casu: q sufficit q nō contradicat: si āt nulla essent indicia de consensu eius: nisi q alter protulit verba: non credo ait Guil. presumendū pro matrimonio. hosti. etiam in sūma ꝛ in glo. q verba requiruntur: vt probetur cōsensus: que si deficiant sufficere debent signa: etiam in loquēte. Unde ꝛ si scribat voluntatē suam sine verbis etiam sufficit. Item nō ꝓm guil. q cum quis ꝑtestatur coram pluribus: q quicquid faciet vel dicet non faciet animo contrahendi: ꝛ postea cōtrahat cum illa dicens. Consentio in te: ꝛ hi⁹ si hoc cōstat iudici. s. iudicialiter iudicabit pro matrīonio: q recurrendum est ad cōmunem intelligentiam verborum. Et interpretatio est facienda cōtra eum qui dolum adhibuit: ꝛ q̄uis protestatōnē probet: potuit tamē postea recedere ab ea ꝛ consentire in illam. Est autem effectus matrimonij contracti per verba de presēti inter fideles multiplex ꝓm ray. In primis quidem: q maritus non potest dimittere vxorem nec vxor virum siue efficiatur cecus vel leprosus vel hereticus. 32. q. 5. hozzendus. nisi tantum cā fornicationis: ꝛ tunc si dimittat maneat sine coniuge vl re concilietur ei. 32. q. 3. dixit. ꝛ in alijs. c. potest tī alter eoruz ante consumationē matrimonij in-

Effectus matrimonij quoad pñm ꝛ mlm.

trare religionē altero inuito:ꝛ ille qui remanet ī seculo:necesse habet illum expectare vsqꝫ ad ꝓ fessionem:postea solutus est.nam si ille reuertet ad seculum ante ꝓfessionē:durat matrimoniuꝫ: ꝛ si remanens in seculo contraxisset cum alia ꝑ sona ꝛ ēt consumasset matrimoniū:cogetur illū dimittere ꝛ suscipere egressum de religione.si āt talis pollueret vxorez extra claustra pudoris:ñ impeditur per hoc ab ingressu religionis:qz nō consumauit per hoc matrimoniū ꝫ archidi. Si vero vxorem volentem ingredi religionem vl iam ingressā:sed nouitiam cū qua contraxerat per verba de ꝓsenti cognouit etiam per violē tiam:tunc non potest ingredi religionem vl remanere:si iam intrauit contra voluntatem alte rius coniugis ꝑm ricar.ꝛ hosti.

Secundus effectus est

ꝙ mulier potestatē sui corporis nō hz:sed vir ꝛ econuerso.i.co2.7. Unde non pōt continentiam vouere altero inuito.33.q.5.per totum.qō videt intelligendum quantū ad redditionē debiti: se cus quo ad exactionē. Itē qz cōpellendus ē red dere debitum vxori:ſz nūqꝫ cognouerit eam :ꝛ econuerso non obstante superueniente affinitate extra de eo qui cogno consan.vxo.sue.c. discre tioni. Ille tamē coniunx qui ē ĩnocens admonē dus est vt contineat.qō si nolit:tunc nocens tene tur ei debituꝫ penitus reddere:sed exigere nūqꝫ debet nisi secum dispensetur:ꝛ potest in hoc dis pensare epūs ꝑm pe.ō palu. Quod si dicatur alter velle ingredi religionem arbitrio iudicis: puta epī assignabitur conueniens tēpus : infra quod aut ĩret aut ꝓsumet matrimoniū:alias excōica bitur:ꝛ tali casu ñ obediēdo ecclesie peccat mo taliter:nec sufficeret ꝙ intret aliqō heremitoꝝ vel sumeret tertium:habitum ordinis predica oꝝ vel minoꝝ:sed oꝫ ꝙ intret in vnam de religionibus approbatis ꝛ obligantibus ad tria vota.

Tertius effectus ē

ꝙ vnus coniugū non potest orare sine consensu alterius: qō intel ligitur orationem tam longā ꝙ esset impediti tiua debiti coniugalis.33.q.2.quos deus.secus de oratiōe solēni:vt misse tēpore a canonibus diffi nito:de ꝓse.di.2.oīs. De matrimonio contrac to sub conditione certo modo vel causa:qñ tene at vel non videndū est. Sciendū igitur ꝫ guil. ꝙ quēadmodū alij contractus qui non fiūt ab solute ꝛ libere:possunt eē aliqñ sub conditione vt dono vel vendo tibi hoc:si feceris hoc vel si hoc fuerit.item possunt eē sub modo: vt si dicat dono vel vendo vt facias hoc vel illud: aliqn reuocetur:qō donatiō tē.item possunt eē cuꝫ ap positione cause:vt si dicatur dono vel vendo:qz hoc est vel fuit.ꝛ conditio quidem fit per ſi:mo dus per vt:cā per qz. Sic etiaꝫ ꝛ matrimonium qñqꝫ absolute qñqꝫ sub modo vel cōditione fie ri vel cōtrahi potest. Quādo ergo matrimoniū contrahitur sub certo modo:tunc ꝑm pe.de pal. in.4.si modus est contrarius matrimonio:vici at contractum:vt si dico accipio vel accipiā te: si ꝓcures venena sterilitatis ꝛ hi:sed si post con tractum apponitur talis modus per pactū quā cūcunqꝫ incontinenti:tunc non viciat matrimo nium p̄cedens quātūcunqꝫ sit contra eius sub stantiam:qz eodem momento quo verba cōplē tur a deo coniungit ꝛ perficitur:vt si statim post matrimoniū contractū dicat vnus:volo ꝙ ꝓcu res venena sterilitatis:alias non fit matrimoniū ꝛ alius consentit:nihil valet pactum ꝛ nihilomi nus tenet matrimonium. Si vero modus nō cō trarietur matrimonio:tūc āt est ĩpossibilis:vt si dico accipio vel accipiā te vt celebres missaꝫ vl celū digito tāgas:ꝛ tūc hēt ꝙ ñ adiecto:ꝛ pure ꝛ simpliciter tz contractus in foro exteriori:ſz ī foro cōscie nō tz:si non intēderet in hoc ꝓsentire. Aut modus qui exprimitur ē necessarius: vt si dicaz accipio te:vt moriaris vel aliud hi:ꝛ tūc habe tur pro ipleto. Aut ē possibilis:ꝛ tunc si ihbone stus ē nō tñ cōtrarius matrimonio: hētur ꝙ nō adiecto:ꝛ tz matrimoniū:sicut in legatis vt acci pio te:vt furtum facias. Si possibilis ꝛ honestus tunc nō suspendit obligationē:qz natura medij ē:vt posterius ipleatur:sed si ex fauore apponē tis tenetur ipere ali celebrato matrimonio: vt si dicatur accipio te:si des centū noīe dotis:non āt si ex gratia sui:vt accipio te cū decez libris :vt habeas vnde emas tibi fundū:nō tenetur talis nec ante nec postea emere.ff.de condi.l.ticio.

Cum vero in cōtractu matrimonij fiat appositio cause:tūc ꝑm pe.ō palu. cā siue sit vera siū sit falsa ꝙ non adiecta hētur:ꝛ pure intelligunt cō trahi matrimoniuꝫ ꝛ sponsalia:vt si dico accpio te vel accipiam:qz pater tuꝰ desponsauit te mihi vel me tibi:ꝛ nolo venire cōtra cōsiliū eius :etiā si illud nō sit verū:nihilominus ē matrimoniuꝫ vel sponsalia. Idem etiā si ponatur in futuro cā vt accipio te:qz dabis mihi decem ꝙ dote. Idez ēt est qñ in tali contractu ponit demōstratio:qa siue sit honesta siue inhonesta siue cōtraria ma trimonio siue nō siue de p̄ti siue de futuro per se nūqꝫ ipedit vel suspendit matrimoniū:sed hē tur ꝙ nō adiecta:vt verbi gratia.accipio vel ac cipiam filiam tuā que ꝓcurauit venena sterilita tis:vel que est sterilis vel que ē virgo:vel quam audiui eē diuitē:ꝛ hi. Nā falsa demonstratio ñ viciat legatū.ff.de cōdi.ꝛ demō.l.falsa. nec ꝙ cō sequēs matrimoniū:sed si demonstratio feratur ad cōditionem tunc ipedit: tū rōne demonstra tionis vel erroꝛis :vt si dico accipio vel accipiaz filiā tuam liberā:siquidem sciret illā ancillā:ni hilominus teneret matrimonium:sed si ignorat tunc nō valet matrimoniū rōe erroꝛis:etiā si de monstratio fuisset omissa:ꝛ idem si demōstra tio refertur ad substantiam :qz erroꝛ substātie: vel conditionis impedit:nō autem qualitatis.

p/n matrmonꝫ pñt cē ꝙ dnoñs Rnms nl illms.

Titulus.

p de cõditione matrimõ ẽ distinguẽd.

Quãdo aũt matrimoniũ ſit ſub conditione: tunc diſtinguendũ de conditione. Et primo quedaz ſunt conditiones generales: que ſemper debent intelligi: vt quas ponit beatus Jacobus. 3. c. ĩ fi. vt ſi voluerit ⁊ ſi vixerimus: ⁊ hec nullum contractũ ſuſpendunt. Quedam vero ſunt conditiones de his: que in matrimonio oĩo ſunt neceſſaria: ⁊ alias matrimoniũ ĩpedirẽt: vt ſi es xp̃iana aut ſi nõ es affinis vel cõſanguinea ⁊ hi⁹. Et iſte ẽt conditiones intelligi debẽt appoſite: nec vicient cõtractuz. Tertia eſt aliqua conditio de futuro neceſſaria: vt ſolez oziri cras. Unde ſi dicat contrabo tecũ ſi ſol oziatur cras: contractum eſt matrimoniũ: vt tho. ponit in. 4. di. 29. qz talia futura ſunt tã pñtia in cauſis ſecundis. Quarta eſt conditio cõtingens ⁊ honeſta que poteſt appõi ⁊ non apponi: vt ſi p̃ meus voluerit aut ſi dabiſ mihi centum: bi⁹ ſi apponatur ſuſpendit matrimonium vſqz ad euẽtum conditionis: niſi interĩ cõſenſus de preſenti vel carnalis copula fuerit ſubſecuta: eo q tales videntur receſſiſſe a cõditiõe extra de condi. ap. c. de illis. ⁊ c. ſuper eo. ⁊ c. per tuas. Quinta eſt cõditio inhoneſta: ſed tamẽ nõ eſt contra ſubſtantiã matrimonij: vt ſi furtum feceris vel ſi hominẽ interfeceris: hec ſi apponat̃ dz hẽri p non adiecta: ⁊ tenent ſponſalia ſiue etiã matrimonium: extra de cõdi. appo. c fi. ⁊ ſm q nõtur ibi. Idem intelligi dz de cõditione ĩpoſſibilꝭ. ſ. q hẽatur p nõ adiecta: vt ſi digito celũ tetigeris. Sexta ẽ cõditio inhoneſta ⁊ cõtra ſubſtantiã ⁊ bona matrimonij: vt ſi dicat contrabo tecum: ſi generationẽ plis euites: qz hoc eſt contra bonum plis. vel donec ĩueniã aliam dignio rem: qz eſt cõtra ſubſtantiã inſepabilitatis: vel ſi te p queſtu adulterandã tradas: ⁊ hoc eſt cõtra bonum fidei. vnde ſi tales conditiones apponãtur nihil agitur. xx. q. 4. inter cetera. 32. q. 2. aliqñ ⁊ c. ſolet queri. ex̃ de condi. appo. c. fi. ſi tamẽ poſtea talis conditio remittatur ⁊ ſequatur carnal̃ copula p matrimonio iudicabitur: ⁊ ſi tiñ vnus coniugũ ponat talẽ conditionẽ: vl̃ aliter cõtradicit vel tacet iudicabitur p matrimonio: vt in d. c. aliquãdo. Predicta aſſũpta ſũt de ray. tho. ĩno. ⁊ hoſti. Quid ſigs ſignificet p̃i abſenti q contraxit tale matrimoniũ ſub conditiõe ſi ipſi patri placuerit: ⁊ anteq̃z ipſe pater conſentiat penitet ſed pater conſentiet nũquid erit matrimonium? Rndẽdum ſm guil. dicenduz q nõ: quia nõ videt̃ q õbeat dici cõſenſus niſi duret quouſqz pater conſẽtiat: tamẽ anteq̃z trãſeat ad ſcõa vota debet cõpelli ſiue induci vt illam recipiat: ex quo ſemel in eã cõſenſit ſub cõditiõe que extitit: ar. extra de deſpon. impu. c. de illis. Idẽ hoſt. ⁊ ber. Quid ſi qs cõtrahat ſpõſalia ſub hac cõditione ſi pmiſerit coitum? R⁹ ſm guil. ſi conditio illa intelligatur de coitu foznicario: p nõ adiecta debet haberi: cum ſit turpis: extra de cõdi. appo. c. fi. ⁊ ſic erit p matrimonio iudicãdum: ⁊ multo foztius ſi intelligatur de coitu legitimo ⁊ maritali: ⁊ eodem modo ſi dixit contrabã tecuz ſi vnq̃z cõtraxero ſi pmiſeris ⁊c. Quid ſi dicat accipiam te vel accipio te: ſi inueniam te virginem: poſtea ſequitur coitus ⁊ non inuenitur virgo? R⁹ ſm inno. ber. ⁊ hoſti. iudicandum eſt pro matrimonio: ſicut ⁊ in p̃cedenti. Et addit hoſti. q lz ſic iudicare opozteat in fozo iudiciali ppter hoc q non poſſunt haberi alie pbationes: tamẽ in iudicio aĩe nõ eſt matrimonium: extra de condi. appo. c. de illis. ⁊ c. ſuper eo. ⁊ c. per tuas. Nã ⁊ bene eſt q mulier que in fraudem mentita fuit decepta remaneat ⁊ viro ſubueniatur: q foꝛſitan intendit bigamiam vitare. Qz ſi dicat accipio te in vxorem vel dabo tibi centum: ⁊ ſequatur carnalis copula: nũqd p̃ſumetur p matrimonio? R⁹ ſm guil. non credo. nam cum ille qui dixit hanc opinionem q liberare ſe poſſet vtrũq patiendo: nõ recolo p̃ſũptionem eẽ inductam a iure: q intelligatur recedere ab optione per carnalem copulam. Quid ſi dicat promitto q nunq̃z deficiam tibi in vita mea ⁊ ſecuta eſt carnalis copula? Reſpõdeo fz guil. non dz p̃ſumi pro matrimonio: cũ ſponſalia ante matrimoniũ nõ ſoleant contrahi per promiſſiões negatiuas niſi forte conſtaret: q p hoc intendebat ſponſalia contrahere. Quid ſi dicat ducam te poſt ãnum: ⁊ ſecuta ẽ carnalis copula? Rñdeo ſm guil. Credo p̃ſumendũ p matrimonio: qz pp carnalẽ copulam ſubſecutam xp̃ renũtiaſſe dilationi temporis. Quid ſi quis contrabat cum aliqua ſub cõditione: deinde ante euentum contrabit cũ alia pure? Rñdeo non dz remanere cum ſecunda: ẽt ſi ſit conſanguinea proxime. De fine ſeu intentiõe: que habetur in contrahendo matrimoniũ: quia poteſt ibi eẽ ⁊ meritum ⁊ peccatũ ⁊ mortale ⁊ veniale ſm varietatẽ intentionis. Circa finez ergo ⁊ intentionẽ matrimonij nõ ſm pe. de palu. ĩ 4. di. 31. quinq̃ concluſiones. Et prima eſt: q duplex eſt finis in matrimonio. vnus per ſe qui p̃prie eſt finis ipſius matrimonij intentus ab eo q matrimonium inſtituit: ⁊ ab omni recte matrimonium contrahente ſecundũ potiſſimũ ſtatuz matrimonij p ſe acceptũ: ⁊ iſte eſt generatio prolis. Unde adam ꝓphetizans dixit. Adherebit vxori ſue: ⁊ erunt duo in carne vna. ſ. generãda geñ. z. Et deus benedictionẽ nuptialem tribuens dixit. Creſcite ⁊ multiplicamini. Alius eſt finis p accidens. ſ. quem intendit contrahens: ⁊ ſic eſt finis non p̃pe ipſius matrimonij contrahẽtis. Et hic finis q̃nq̃z eſt bonus quandoq̃z eſt malus: ſicut finis domus que fit eſt inhabitatio: finis domificantis fozte eſt aliud vt lucrum.

Secunda concluſio eſt

q matrimonium ſemper eſt bonum vel non eſt malum ex primo fine non ſecundo: quia cum finis bonus eſt: ipſum quoq̃z bonum eſt loquẽdo de fine per ſe: non per accñs ſicut ſcientie medicine ⁊ iuris ſunt ſcientie bone per ſe: qz finis per

p tertia finẽ matrimõ ſiue q̃nq̃z ꝯclusiones.

se bonus est: vt sanitas corporis: & iusta distributio temporalium: licet habentes scientiam possint esse mali ex abusu eius & mala intentione.

Tertia conclusio ē q finis matrīonij p se meritorie intenditur: siue sit finis per se: & primo finis eius vt est bonum plis: siue finis p se: sed non primo sed secundario intentus: vt vitatio fornicationis. Nam sola generatio prolis dī finis primo & per se: qz iste fuit finis in primaria sui institutione: etiam in statu innocētie. Et de isto concedūt omnes: q sine peccato: imo cum merito potest intendi principaliter. Uitatio autē fornicationis licet sit finis per se: non tamen primus: sed secundarius: qz post peccatum fuit matrimonium institutū nō solū in officiū. s. generādi: sed etiam in remediū dicente ap'o. i. cor. 7. Propter fornicationē. s. vitandam: vnusquisq; hēat suā. Et si iste finis secūdario itendatur certū est q adhuc meritorium ē nō peccatū: qz nulla deordīatio ē. Sed si vitatio fornicationis principaliter intendatur: adhuc non ē peccatū mortale: qz nec tali fine cognoscere vxorē est mortale. Sed ad sciendū an sit veniale: vī distinguēdū: qz aut est talis qui potest plem habere fm spem cōem: & tunc venialiter peccat cōtra rōnis ordinem agens finem secundarium: pponendo pmo fini & principali: sicut etiam peccaret cognoscens vxorem propter hanc cām non curans de ple: vbi crederet se posse generare: sed qñ senex est potest generare: nec est spes de ple: sz timore fornicationis: tunc nullum peccatū vī: qz alio mō non possent senes contrabere matrimonium sin peccato. Ridiculum est enim q illi qui non spērāt nec credunt se posse generare: cōtrahāt sola vl' principali itētiōe generādi: cū spes vel itentio vel electio nō sit de impossibili: sublato autē fin principali lz facere ō secundario principali plus q̄z de. 3. vel de. 4. Unde cum post plem primus finis sit vitatio fornicationis: illa potest principaliter attendi: vbi proles speratur impossibilis haberi.

Quarta conclusio est de alijs causis seu itētionib⁹: vt reformatio pacis acquisitio amicitie ex parentela vel diuitiarum ex dote pulchritudo & hi⁹. Et reformatio qdez pacis est honesta causa in se: sed non in matrīonio: si primo & per se intendatur: cum matrimonium ad hoc sit ordinatus principaliter: sicut vir cognoscens vxorem pp sanitatē peccat: & q baptizatur vt sanetur: sed secundario potest illud intendi: non tamen esset mortale: si etiam illud pncipaliter intenderet: sicut nec etiam diuitias vel pulchritudinē principaliter intenderet: cum hō nolit talia: nisi modo licito: ēt si alias nō esset cōtractus⁹ matrimonū: sicut etiam non peccat mortaliter cognoscens vxorem pp delectationē ifra limites matrimonij. videtur tamen alias: q cuz matrimonium sit verum sacrm q nō potest sine peccato mortali principaliter intēdi finis extraneus in eo: & per accidens totaliter oī institutiōi matrimonij: sicut si quis principaliter baptizaretur pp sanitatem vel questuz faciendū: nō curās de gra baptismali nō esset hoc sine cōtemptu iniuria & irreuerentia sacramēti & abusu eius. Sz ista snīa ē multum dura: qz multos inuoluit. Et videtur esse contra illud: qō habetur. 3. R. i. vbi dauid duxit in vxorem abisac sūnamitē: solū vt calefaceret eum: & non spe plis nec timore fornicationis: qz non cognouit eam nec peccauit. Di uitie si secundario intendāt: vt ples melius educentur: & onera matrimonij melius supportētur nullum est peccatuz. Et similiter si pulchritudo est secūdario intēta ad fornicationem vitandā: in casu in quo illa vitatio potest principaliter intendi: non facit peccatum etiā veniale: sed si secūdario intēderetur ad voluptatem: facit peccatū veniale. Et similiter diuitie immoderate: lz secūdario intente.

Quinta cōclusio est q dato q contrabere pp voluptatē principaliter esset peccatum mortale: nō tñ cognoscere pp voluptatez esz mortale: dūmodo non esset idē cū alia facturus: qz non est ita dānabilis ab vsu rei cōis: sicut rei sacre: sicut bibens cum cipho cōi pp voluptatem non est in se nisi veniale: sed non pp hō sequitur q portans calicē ad tabernaz ad bibēduz pp voluptatē: qn peccet mortaliter: & hō ppē abusum rei sacre. Qui ēāt cōtrahit matrimonium p verba de pñti pp finē indebitum: abutitur re sacra: qz eēntia sacrī que ibi consistit. sed qui cognoscit vxorem suam fine indebito: abutitur re nō sacra. i. muliere: qz eēntia sacramenti transit: vnde nō adeo peccat. Et est argumētum: q si iudex pena pecuniaria punit malefactores: dū tñ eēt alias puniturus: lz querat pecuniā vel nō cogitanī actu de iusticia: dū tamē nō sit facturus: iniuste non est nisi veniale. Nā si pponeret exp̄sse alias explicite pecuniā iusticie non eēt excusat⁹ a mortali: & similiter canonicus non alias iturus ad ecclesiam nisi vt lucretur distributionez non peccat mortaliter: dū tñ nollet eam illicite lucrari: & paratus esset irē si deus vel ecclesia pciperz. hec pe. Nō q beatus tho. in. 4. di. 30. dicit in expositione lr̄e in fi. loquens de iacob: qui contraxit cuz rachele: que erat pulchra: vt patz gen. 29. c. q decor faciei non fuit cā principalis talis contractus matrimonij: sed secūdario. & hoc bñ potest esse sine peccato: vel quandoq; ēt cuz peccato veniali. Si ēāt esset principalis cā libido pulchritudinis: nō excusaretur a mortali: si eēt effrenata libido. hec tho. ita. s. q ibi cōstituerat finez: q̄z uis ēāt aliqui contrahant matrimoniū pp secūdarias cās quascūq; dictas: nō principaliter pp pmam nō hz istud vitiare matrimoniū cōtractū fm ray. sed sufficit q ptrahant per vba de pñti

Titulus.

z ꝺbere ītēdāt: vt .32.q.2. solet.

Addemus sextam con/

clusionē ex ꝟbis ipsius petri ī .4. ſ. q ꝺbere mr̄i moniū p verba de p̄ſenti: ei qui est in peccato mortali: siue viro siue mulieri videt esse peccatū mortale. Dicit. n. aug⁹. q sacramēta talia fiūt vnicuiq; cū quali cōsciētia quis accedit ad ea .i. q. i. c. p. Isaiā cū ergo mr̄imoniū sit vnū ex sacramētis: z essentia eius ꝺsistat ī ꝺctu p ꝟba de p̄ſenti: nō ī carnali copula: alias n̄ fuisset ver mr̄imoniū essentialiter ītermariā z ioseph: sequitur q ꝺtrahēs ī mortali matrimoniū mortaliť peccat: īmo pe. de pal. ī .4. di. 7. q. 2. videť tenere q nō sufficiat cōtritio: sed sit necessaria ēt cōfessio. Dicit. n. q ī omni susceptiōe sacramēti post baptismū obseruādū est hoc ei: qui post baptismū peccauit mortaliter: vt n̄ accedat ad aliq̄ sacr̄z in cōtritus: nisi p̄ius faciat cōfessionē. z rō est: q2 sicut baptism⁹ est ianua omniū sacr̄oꝝ: ante q̄ nullū susciꝑi potest vl̄ debet: ita p̄ia est ta tabula post naufragiū. vñ post naufragiū. i. mōtale cōmissū post baptismū: nullus ēt ꝺtrit⁹ ꝺz accedē ad sacr̄z aliō: nisi cōfessus. ī cōfessiōe. n. p̄ficitur p̄nia: īq̄tū sacr̄m: q2 sic p̄missū ecclesie dať z absoluiť. Idē dicit di. 17. q. 2. Addit tn̄ ibi in fi. q'n̄ tn̄ mōtaliter peccat susciꝑiēdo vl̄ mīstrādo sacr̄z postq̄ cōtrit⁹ est: cū sit iā deo cōiūct⁹ z pēitens. Un̄ z cōfessus ī ꝓposito: q̄ tn̄ sufficeret quo ad eucharistie sumptionē: bñdo copiā cōfessoris ꝟz tho. z oēs alios. Septio nō q cōtrahēs mr̄imoniū clādestīe: ita. ſ. q p̄ñ possit p2obari: peccat mortaliter: quia ꝺ p̄ceptū ecclesie agit. Item z qui cōtrahit siue occulte siue mānifeste: n̄ ītēdēs cōtrahē ſz decipe ad extoꝝquēdā copulaz: z bi⁹: peccat mortaliter. q2 vtiť fictiōe ī sacro z ī dānū alteri⁹. Itē z q votū bēt simplex castitatis anteqū dispēsēť. Itē z q cogit aliquē cōtrahē coactiōe absoluta vl̄ cōditiōata. Iniuriať. n. ei nōbiliter cū matrīonia debenat esse libera �sm oīa iura. Itē q excōicat⁹ est sciēter si ꝺbit matrīoniū: peccat mortaliter.

De cōsumatiōe matrimonij z actu coniugali: quod aliquādo est mortale z nouē modis: aliqn̄ vēiale: aliqn̄ nullū. Capitulū. 20.

Postquam actum ē

de matrimonio: quo ad desponsationez seu p̄missionē de futuro: z q̄ ad ratificatiōez seu ꝺctū p ꝟba de p̄ñti: nūc videndū de ꝺsumatione eius p copulā carnalē. Et circa hoc p̄mo ponēt casus plures: ī q⁹ actus cōiugalis ē mortale peccatū. Secūdo casus ī q⁹ est veniale.

Tertio qn̄ ē act⁹ mēitoꝝ z qn̄ idifferēs. 4°. de nuptijs z bñdictiōe: q ipm ordīarie sequūť.

Quantum ad p2imum

pe. de palu. ī .4. di. 32. q. 3. pōit .9. casus: ī quibus ē mortale peccatū act⁹ cōiugalis. Et p̄mus ē quātū ad ītētiōis īordinatiōem effrenate libidinis: qn̄. ſ. ferť ītētio ex̄ limites mr̄imonij. idē. ſ. facturus cū q̄cūq; alia: que sibi occurreret vel cuz eadem: sinō esset sua vxoꝝ: vt satisfaceret voluptati sue: vel ipsi delectatiōi venerce inherens: vt fini vltimo. Et iō hiero⁹ dicit. q sapiens iudicio i. �sm rōnem ꝺz diligere vxoꝝz nō affectu. ſ. passione: vt non regnet in eo īpetus voluptatis: nec p̄ceps fertur ad coitū. 32. q. 4. ozigo. Sed vt dicit idem pe. q2 actibus non bītibus meremur z demeremur: hoc intelligēdū est: qn̄ actu hoc cogitabat. ſ. talis inordinationē intentionis. Et idē vr̄ dicendum: qn̄ vxoꝝem cognoscēs vir animo deliberato ad aliā intēdit: quā carnaliť diligit z similiter de vxoꝝe cum ad alium mētem figit.

Secūdus casus est quā

do ad locū: in quo talis actus exercetur: vz in loco sacro. Circa hoc tamē quidam: vt ricar. in .4. distinguūt: z dicit ipse q si necessitate guerraruz inclusi in aliquo loco sacro: vnde exire non possunt p lōgo tpe: lz vtriq; exigere z reddere debitū: q2 nō est injciēdus laqueus aīabus ꝓpter mūdiciaz loci sacri. Sed si paruo tpe: tūc debēt cōtinere tpe necessitatis z tribulationis. Naz z Noe z filij eius z pecoꝝa cōtinuerunt tpe diluuij. Pe. tamē de palu. p2obat istā di. z dicit simpliciter illicitum z mortale: q2 z si non potest alium bēre: non ꝺz ꝓpter hoc locū sacrum polluere: cū hoc nō sit necessitatis: sicut ibi emitterē vrinam: siue ergo bēatur alius locus siue nō possit haberi alius locus ad hoc: certum ē q non lz petere: sed nec reddere tenetur alter illud q̄ ꝺbi non pōt sine irreuerentia loci sacri. naz ꝓpter h° indiget reconciliatiōe �sm io. an. q̄tum est ex natura facti: lz p accn̄s. si est occultū nō īdigeat r̄cōciliatione: q̄ etiam ponit hosti. z licet iura antiqua nō faciant mentionem nisi de pollutione p adulteriuz: ex̄ de adul. c. significasti. equaliter tn̄ iura noua dicūt ō effusione sāguīs z sēis. vnde sicut effusio sanguīs etiam si fiat a non p2iuato: sed a iudice cui alias licet: locum sacrum violat: ibi facta: ēt si sanguis non cadat in terrā: ita etiaz seminis effusio: siue ab extero viro siue a suo marito polluit locum etiā si nō cadat in terrā. Tho. z pe. in .4. dicunt simpliciter: q nō tenetur coniunx reddere debitum in loco sacro: q2 nō ita tenetur oī loco: sicut oī tpe. nam tps violari nō potest: sicut locus per hoc violatur: sed nec in omni alio loco nisi seruata debita honestate: q2 nō in publico. Utrum autem mortale vel veniale sit hoc: nihil dicunt.

Tertius casus est quā/

tū ad modū cū. ſ. est modus ꝺ naturā. Sed dicit tho. in .4. di. 31. in expositione l̄re: q vsus cōiugij ꝺ naturā pōt dici dupliciť. Uno mō cū. p̄mittiť

debitū vas:ꝛ hoc semper ē mortale ꝯz oēs doc. eo ꝙ ples sequi ñ pōt:ꝛ tota ītētio nature fru/ strat. vñ ꝛ aug⁹ .32.q.7.adulterij.post aliꝙs spēs luxurie nomīatas:subdit. Omniū hoꝝ pessimū est qō ꝫ naturā est:vt si mulieris membro ad hº ñ cōcesso vir vti voluerit.hec ibi.Unī nullo mō vxor dz viro ī biꝭ assentire. Nō.n.excusaretur a mortali peccato quātūcūqꝫ cū animi displicētia hoc faceret:nec timor vel sufferētia verbeꝝ vel futura īcōtinētia viri eā excusaret: nisi ei violen tia absoluta īferet:a qua se ñ posset defendere. sed ex hoc ī futuꝝ licite ei posset debitū denega re. Secūdus modus cōtra naturā est:qñ ser/ uato debito vase prętermittit modus a nā īsti tutus:quātū ad sitū. Modus.n.a natura īstitut⁹ ꝫtū ad sitū vt dr ī sūma cōfessoꝝ ē:vt mulier ia ceat ī dorso:ꝛ vir supergrediat sup vētrem eiusꝫ: ꝛ hoc mō aptior fit cōceptio. Qñ ergo recedit ab isto mō situali:dicūt aliqui ꝙ si seruet mod⁹ cōtrarius:vt qz vir nubit ī femīam.i.mulier sup greditur virū ꝙ peccat mortaliter:vt pe.de pa. ꝛ hēricus bohic.sup.c.īgsitiōi de sen.excō. Idē videt sentire.guil.ꝛ glo.paraldi ī sūma vitiorū. Assignāt ꝓ rōne:qz talis modus ñ ꝓuenit semis īfusiōi quo ad vir:nec seminis receptiōi quo ad mulierē:ꝛ sic videt impediri ꝑfectiō generatio ītenta a natura.si āt alio mō īdebito seruato:ñ debi to vase vtat.distīguit pe.de pal. qz aut hoc facit ꝓcise cā voluptatis:sine aliꝙ cā necessitatis vl rōnabil:ꝛ tūc dicit simpliciter ēt eē mortale: qz ñ est vxor eius:nisi quo ad actus naturales: aliē agēdo abutit sacro cōiugij:sicut ꝙ puer terz vsū ꝛ ritū alteriꝰ sacri sciēt: ect trāsgressoꝝ ꝓcepti: ñ solū ī essentialibꝰ: ꝫ ēt ī accidētalibꝰ.aut hoc fit ex causa rationabili: puta ꝑpter periculū suffo/ catiōis partus: ꝑpter quod timet mō debito ad vxorē accedere:sed ex alia parte accedit ꝫtū debi ta:seruato tñ vasculo mulierī: nec sciēter semē ab extra effundat:ñ erit mortale:idē si hoc faci at ex alia īfirmitate. Guil.etiaz ī glo.ray.dicit ꝙ cū hoc fit ꝑpter periculum suffocatiōis vel egri tudiem vel aliam īdispositionem corporis: pōt eē sine peccato:quātū autem magis recedit a na turalitate mōi tāto grauiꝰ peccat.ꝫ alber.mag. ī.4.dicit:ꝙ nihil eoꝝ que facit vir cum vxore ī actu cōiugali seruato debito vase est de se mor tale:sed pōt eē signum mortalis ꝯcupiscētie:qñ ei ñ sufficit modus determinatꝰ a natura:ꝫ aliū īuenit cā se delectādi:cū nō subest cā īfirmitatis vel alia rōnalis.Ex quibꝰ dictis videt sentire al ber.ꝙ ñ impedit generatio ꝑfectiō p tales modos īdebitos:seruato debito vase:qui fuit maximus philosophus.Et hāc rōnē videt assignare ꝙ di/ cūt alios modos eē mortale.ſ.impedimētū pro lis excipiende. Dure ergo ī tali excessu repre hendēdi sunt cōiuges:ꝛ ꝙ abstineāt:cū ñ subest cā.īducēde sunt ad hoc vxores ꝙ viris a quibꝰ ista cōiter ꝓcedunt non cōsentiant in biꝰ:si tñ ti more verberum vel incōtinentie viroꝝ eis assē tiant ñ possunt ex hoc argui de mortali:ex quo fm alber.de se illud mortale non est. Nā de in/ tentione viri exigentis qualitercūqꝫ non bz ipsa iudicare vt per hoc possit ei debitum denegare: nec de facili est ꝑcipitāda sīa de tali modo:qō est mortale in se.

Quartus casus est rō

ne aborsus tempore conceptus vel partus:si ꝑ/ babiliter timetur:qz contra charitatē ē:ꝙ quis velit delectari cū ꝑnicie vite ꝑlis.Sed ꝑ maio ri declaratione huiꝰ sciendū ꝙ fm pe.ꝛ ricar.ī.4. tpe ꝑgnationis reddere debitū nō est peccatum ꝛ reddere debet:si non ē periculū aborsus:potest ēt exigere in dicto casu absqꝫ mortali:qz matrīo niū nō solum est in officiū:sed etiam in remediū vt dictū est:sed vbi cēt periculū ꝑbabile abor/ sus:nec debet exigi nec reddi:alias est mortale fm pe.de palu.Qui ēt dicit:ꝙ petere debitū tali tpe:est sēper veniale:sīꝰ tamē nō sit periculū ab/ orsus ꝛ maxime mulieri:qz fm medicos īpgna te magis appetunt coitū. Sed valde reprehē sibile est:vt boues non cōtineant tpe cōceptus: ꝙ bestie faciunt. Nā elephas ad impgnatā non accedit.Et Plinius dicit ꝙ tpe cōceptus cerue femine:a maribus discedunt:donec a ptu purgē tur.Et vt dicit.F.io.de sancto gemi.in li.5. de si militudinibus. Nota exigente materia:ꝙuis nō sit pulchrum dicere vel audire:vtile tñ est sci re:ꝙ ꝙuis matrix mulieris post impregnatiōez claudatur:tamē ex ōlectatiōe movet aliquādo ꝛ aperitur:vt dicit auicēna:ꝛ ideo īminet pericu lum aborsus:quod ēt refert idem pe.de pal. vbi supra ꝛ ꝑpterea Hieronymꝰ vituperat acceden tē ad ꝑgnatam.32.q.4.ozigo. ꝛ magis videtur esse periculū circa prīcipium cōceptus: qz tunc aliqñ matrix ꝑpter delectationem apit:ꝛ mate ria nōdum pfecte coagulata disperdit ꝛ effundi tur:ꝛ īstāte partu est periculū:ne partus suffoceť. Post partuz āt dū mulierē ī puerperio exigere vel reddere debitū neutri ē mortale:nisi adhuc mulier ex partu esset īfirma: ꝛ ꝑpter hoc essꝫ ei periculū mortis vel aggrauatiōis īfirmitatis ꝫ pe.de pa.cui satis ꝯcordat.ricar.ī.4.dicēs ꝙ mu lieri si est purificata ab illis corruptionibꝰ ꝛ cō/ motionibꝰ:que sūt ī mulieribꝰ aliquanto tēpore post partuz:reddendū est debitum si petat:ꝛ pe tere potestabsqꝫ peccato:ꝙuis nōdū sit īpletum tempꝰ purificationis.ſ.xl.dierum.Sed infra illō tempꝰ.ſ.talis īmundicie:abstinere debet vterqꝫ saltem debito congruitatis. Et sic intelligendū est illud.c.greg.ad eius concubitum di.5. idem Guil.Et ꝙuis decens esset abstinere de cōmuni consensu ab actu coniugali:quousqꝫ abstinet ab ingressu ecclesie:non tamen est necessariū:ꝫ im mo exactꝰ tenet reddere:nisi obstet infirmitas:ꝛ ꝫtū ad ingressum in ecclesiā possit mulier .40. diebꝰ expectare:vbi est talis consuetudo: nec te net interim ad auditionem diuinoꝝ. Pōt etiaz

In matrimonio ꝙsitum debet abstinē tpore pgnationis. ꝙs periculū aborsionis.

eſt:q̄ non poteſt legitimare ſuper ꝓle futura:qa non poteſt tollere per legem ſuam gradus conſanguinitatis ꝛ affinitatis:nec diſpenſare in gradibus conſanguinitatis ꝛ affinitatis:qꝛ nō habꝫ diſponere de matrimonio. Et ſi ſuper conderet legem:nil valeret talis legitimatio:niſi eccleſia appꝛobaret q̄ nati ex foꝛnicatione bēantur legitimi:ſi poſtea genitoꝛes contrahūt inuicē matrimonium. Inſuper in terris ſuis:ꝛ multo magis ī terris eccleſie non poteſt imperatoꝛ legitimare in ſp̄ualibus:vt. ſ. pꝛomoueri poſſint ad oꝛdines. Sed legitimatus ſimpliciter ab impatoꝛe vł ab eo qui hꝫ hanc auctoꝛitatem legitimandi ab ipo indiget diſpenſatione pape ſi vult ad oēs oꝛdines vel beneficia curata ꝛ dignitates ꝓmoueri. In tēpoꝛalibus autem vt in ſucceſſionibus ꝛ honoꝛibus ſeculi:poteſt legitimare in terris ſuis:ſed nō in terris eccleſie:qꝛ abſurdum eſt dicere:q̄ impatoꝛ haberet maioꝛē poteſtatē in terris eccl'ie cꝫ papa in terris ip̄erij. Sint ergo cōtenti terminis ſuis. Et hec ꝓcedunt de ī patoꝛe iam coꝛonato:ſed de nō coꝛonato magł dubitatur. Dicit tñ Jaco. de are. ꝛ io. an. in ſpe. in ti. de reſcriptis. Et idem eſt de his qui habēt poteſtatem legitimandi ab ī patoꝛe:qꝛ poſſunt in caſibus in quibus ille poteſt ꝑm verba p̄uilegij. Unū vbi illi nō p̄t nec ille poſſet cum habeant auctoꝛitatē ab eo. Dicit etiam Anto. de butri. q̄ habentes ptātē a papa vel impatoꝛe legitimandi:non poſſunt legitimare ad p̄iudicium alterius:qꝛ tales conceſſiones intelliguntur ſine aliouꝫ p̄iudicio:vt ō offi. dele. c. ſuper eo. ꝛ de p̄ui. c. paſtoꝛalis. De ſolēnitate legitimationis dicit anto. de butri. q̄ opoꝛtet q̄ illegitimus impetrans exp̄mat qualitatez illegitimationis. ſ. an ſit ſpurius vel inceſtuoſus: qꝛ difficilius diſpenſatur cum ſpurio vel īceſtuoſo:cꝫ cum naturali tantum. Unde ꝛ io. an in ſpe. dicit:q̄ ſi quis dicit ſe ſpurium impetrando legitimationem:ſi iſte eſt ſpurius duplicatus :vt qa ex vxoꝛato ꝛ vxoꝛata:cum alias nō valeat īpetratio:ſi hoc non exp̄matur ſed reputatur ſubrepticia. vt in clementina illa eo. ti. de fi. p̄ſby. c. fina.

Item cūqueritur an in legitimatione alicui' debeant citari illi:in quoꝝ p̄iudicium fit:ſeu q bus p̄iudicatur. An. de butri. diſtinguit:qꝛ aliquando legitimatio fit in vita patris:ꝛ tunc poteſt diſponere de hereditate:quod vult ad p̄iudicium ſperantis hereditatem. Et valet talis legitimatio non vocata parte. Sed exigitur:q̄ in ipſa legitimatione fiat mentio agnatoꝝ:nec ſufficeret p̄mum cum ſecundo. Si vero fiat legitiatio ad inſtantiam filij ꝛ intuitu patris:ꝛ ſatis poteſt dici:q̄ non requiratur eoꝝ aſſēſus:ꝛ ſi illi legitimi eſſent confratres:dicit tamen idē āto. q̄ non valeret legitimatio niſi appareret p̄ncipem certificatum:q̄ alios liberos ipſe haberet: qꝛ iſta eſt cauſa inductiua facilius ad concedendum legitimationem eo ſcilicet q̄ non hꝫ alios liberos. Sed facta exp̄ſſione bene valeret hec impetratio. Idez. ſ. q̄ ſi nō fieret mentio ō agnatis:non valeret impetratio:tenuit Jo. an. ī addi. ſpe. Requiritur etiam aſſēſus ipſius patris a p̄ncipio vel ex poſtfacto. Si autem fiat legitimatio p' moꝛtē p̄ris:de cui' ſucceſſiōe agitur:ꝛ tē ē dubiū an legitiatio illa ꝛtrotrahat:ꝛ ſi ꝛtrotrahat vtꝫ tollat ius alēi q̄ſitū medio tēpoꝛe. Et dic ipe anto. q̄ ſi fiat p verba non reſtrictiua legitimatio:vt dicendo. Conferimus tibi legitimationez tunc legitimatio retro non trahitur. Si autē fiat per verba reſtrictiua vt dicendo:integramus te ad oīa p̄mcua nature:ac ſi legitime nat' eēs:q̄ ſic fieri debet:quando vult totaliter integrare ipe legitimans:ꝛ tunc legitimatio retrotrahitur Sz vtruꝫ ſic retrotrahitur:q̄ tollat ius alteri medio tempoꝛe acquiſitū:ſunt opi. Quidaz dicūt:q̄ ſic bar. tenet contrariū in. l. gallus. ff. de libe. ꝛ poſt. Et hoc niſi aliud ſibi. ſ. legitimato ſpecificetur reſtitutum. Et iſtam opi. vt veram appꝛobat ipe anto. ad hoc de reſcrip. c. cꝫuis. li. 6. Et iſtā ſnīam tenet io. an. in addi. ſpe. Et dicit ipſe anto. q̄ tenēdo:q̄ legitimatio retrotrahatur ad p̄iudiciuꝫ illius:cui iam acquiſita erat hereditas:ꝛ tunc diſtinguendum:qꝛ aut filius fecit ſe legitimare ex tacita voluntate patris:qui declarauit velle ip̄m ſuccedere in teſtamento:ꝛ tunc non exigitur:q̄ illi vocentur:quib' p̄iudicatur:aut nō apparet aliō ꝛ tunc dicit q̄ exigitur q̄ citētur illi quib' p̄iudicatur:imo exigitur eoꝝ conſenſus allegat. C. de natali. reſti. l. pe. Et hec vera:niſi hoc appareat de exp̄ſſa voluntate p̄ncipis:q̄ voluerit p̄iudicare aliis in hereditate:ſed ſi non exp̄mat aliō de iure alteri acquiſito:valet legitimatio:ſed nō ad p̄iudicium eius:de cuius p̄iudicio agitur ꝛ hec vera de legitimatione quam facit in terris ſuis. Si autem alibi legitimaret:non poſſet etiā citatis illis quibus ius eſt queſitum :niſi ipſi cōſentiāt. Sciendō ēt:q̄ legitimatio peti poteſt per ꝓcuratoꝛem.

Titulus ſecundus de ſtatu continentium:ptiz p modū ſermonis:ꝛ ptim doctrine. La. p̄muz.

Dducētur re

gi v̄rgines:poſt eam pꝛoxime eius offerentur. pſalmo. 44.

Loquitur p̄s ō eccleſia que vticz eſt mater ꝛ virgo. Matꝛ gdem oīum fidelium:quos genuit in baptiſmo

per fidem. Virgo per integritatem mentis: ꝛ libera a corruptione peccati mortalis. Unde apostolus. 2. cor. 8. dicit de fidelibus. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere xpo p̄ eam: vt filie adducuntur virgines regi domino iesu christo vt sponso earum. Unde ꝛ de sanctis virginibus canit ecclesia. Agnum sponsum virginum venite adoremus dominum iesum xp̄m. Potest etiam istud postea referri ad virginē mariaz: que sola mater ē ꝛ virgo ꝛ primiceria ꝛ speculum virginum: que vtiqz possidet aureolā virginitatis: qz ꝛ si non habuit a carne pugnam ꝓpter religationem vel extinctionem fomitis ꝓpē cuius victoriaz. s. pugne plena datur aureola: habuit tamen ab hoste: cuius caput scilicet principij suggestionis contriuit sola. Post eam igitur vt principaliorem sequuntur virgines alie ꝛ xp̄o adducuntur regi. Uidue autem dicuntur proxime eius: qz approprinquant. ad castitatem virginalem: non tamen ita sunt similes: Tam virgines autem q̄z vidue ad xp̄m perueniunt: quinimo ꝛ boni coniugati. Sed adducuntur ad xp̄m virgines dei gr̄a adiuuante: ꝛ ipsis magis laborantibus ad conseruationem eius. Uidue autem afferuntur cum adiutorio etiam gratie: sed non tm̄ conatum exercentes. Nec tamen virgo nec vidua castitatem virtute ꝓpria seruāt: sed dono dei. Et ideo dicit adducentur ꝛ offerentur. s. ab illo: videlicet dono dei. Sed prius de virginibus agendum est.

Dicitur autem virgo

quasi viragens idest repellens: vt non permittat se cognosci carnaliter ab eo. ille enim est modus naturalis: quo amittitur virginitas: q̄uis per alios etiam modos possit amitti vt dicetur. Vl̄ dicitur virgo a viroze ſm tho. qz non est experta adustionem. i. actum veneree delectatiōis: sicut arbor dr̄ viridis: que a caloze nō desiccatur. i solijs. Uel vt dicit fulgentius ad probaz in lib. de virginitate. Virgo dicitur quasi virago. Virago dicitur a viro. Vir autem a virtute. Claret igit̄ inter ceteras ecclesie donationes illius p̄cipuuz munus spualis esse charismat[is]: vbi virtus ipsa integritatis perfectio meret̄ vocabulo censeri virtut[is]. Nec in eo tamen q̄ virginalis integritatis agnoscimus culmen pudicitie coniugalis asseri mus crimen: sed sanctam virginitatem dici merito potioze distare a coniugali vita: q̄tuz distāt a bonis melioza: a terrenis celestia: a carne sps ab infirmitate virtus. Nec dicere dubitam⁹ tm̄ a sancta virginitate carnis ꝛ sps fidelium coniugatoꝝ: lz a deo concessum distare concubitū quantum similitudo peccatoꝝ ab imitatione discernitur angelorum. In uno quippe ad terram sps terrena carnis uoluptate deprimitur: in altero terrena caro celesti delectatiōe sps ad celestia subleuatur. hec fulgentius. Et in decre. di. 30. c. hec scripsimus dr̄. Nos virginitatem cū humanitate admiramur: ꝛ continentiam cuz castitate ꝛ religionem deo acceptissimam dicimus.

Ad laudē et cōmenda/

tionem virginitatis ait hiero⁹. ad eustochiū. Habeant nuptie tempus suū: ꝛ titulus mihi virginitas in maria dedicat̄. Et xp̄o dicat aliquis. Audes nuptijs detrahere: que a dño benedicte sūt: non est detrahē nuptijs: cū illis virginitas anteferr̄. Gaudient̄ ꝛ nupte cum a virginibus sint secunde. Crescat ꝛ multiplicetur ille. qui impleturus est terram. Tuum agmen in celis. Post paradisum ꝛ nuditatem sint folia auspicantia p̄uriginez nuptiaꝝ. Nubat ꝛ nubat̄ ille qui i sudore vultus sui comedit panem suū: cuius terra spinas generat ꝛ tribulos: cuius herba sentibus suffocatur. Meum semen centenaria fruge fecundum est. Consuant tunicas: que inconsutam de sursum tunicam p̄diderunt: quas vagitus delectat infantium. Eua in paradiso virgo fuit. Eua regio paradisus est. Serua q̄ nata es. Virgo nascit̄ caro de nuptijs. Virgo est mater dñi simplicit̄ pura sincera: nullo extrinsecus germine coherente ꝛ ad similitudinē dei vnitate fecūda. Virge flos xp̄s est dicens. Ego flos campi ꝛc̄. canticoꝝ. 2. c. ꝛc̄. Laudo nuptias: sed qz mihi virgines generant. Lego de spinis rosam de terra auruz de concha margaritā. Quid inuides mater filie tue? Indignaris: q̄ noluit mulier militis esse: sed regis? Grande tibi beneficiū p̄stitit. Socrus dei eē cepisti. Apostolus paulus virgo fuit. Unde dicit Dico aut̄ innuptis ꝛ viduis. Bonuz est illis si sic ꝑmaneant vt ego p̄ma ad cor. 7. c. Ideo autem dicit se de virginitate p̄ceptum dñi non habere qz si virginitas fuisset imperata: nuptie videbāt ablate: ꝛ durissimū erat contra naturam cogere: angelorūq̄z vitam ab hoīb⁹ exigere. Virgo helias: heliseus virgo. Virgines multi filij ꝓphetarum. Hieremias vxorē ꝓhibetur accipere: ꝛ ad quālibet tamē virginem ecclesia istud psalmiste adaptat videlicet adducentur ꝛc̄. Ubi tria videnda sunt de virginitate. Primo quo modo virginitas coronatur. 2° qūo possidea tur. 3° qūo ipsa dignificatur.

Quantum ad primum

dicit apostolus. 2. thi. 2. c. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: ita certet: q̄ vincat: vt autem canit ecclesia. Mundus caro demonia diuersa mouent prelia contra nos. Et quantum ad prelium carnis: sicut non coronatur aureola que est premium essentiale anime: nisi quis habuerit victoriam de omni vitio carnali abstinendo ab eo vel a perpetrato penitendo. Ita nō coronatur aureola virginitatis: que est premium accidentale: qō datur i gloria ꝓpt̄ excellēt̄ pugne ex carne victoriaz: nisi qs liber fuerit a volūtaria corruptiōe carnis. tentatiōes vincendo. Quāuis enim virginitas: quantum ad eius

initium ꝛ seminarium idest inclinationem naturalem insit a natura: sicut ꝛ omnis virtus: ꝛ quantum ad materiam remotaz que est integritas carnis: ꝛ materiam propinquam que ē experientia veneree voluptatis: inest a natura ꝛ natiuitate: qz oēs nascuntur virgines: ꝛ inexperti voluptate ꝑm pe. de palu. in. 4. di. 33. Sed quantū ad cōplementū actuale vel habituale: ꝛ sic virginitas nō est a natiuitate vel a natura plus q̄z alie virtutes. Nā puer nascens non habet actum nec habitum virginitatis: plusq̄z liberalitatis: sed est sicut alie morales per acquisitionē ꝛ infusionē. Non enim quicūq̄z hz integritatem carnis: cum venerit ad ānos pubertatis: si eligat in carne ī corruptibiliter viuere: statim per hoc hz habitum virginitatis. Sed quando cū hoc habituali ꝓposito frequenter domauerit motus carnis: ad generatē in eo habitus: sicut nec vidua statim mortuo marito hz habitum cōtinentie vidualis: hz eligat sic viuere: sed per frequētem domationē passionuz cum ꝓposito habitum acquirit differentē ab habitu castitatis coniugalis: non tamē meretur nomen virtutis specialis: que nō peruenit ad perfectionē. Est igitur habitus cōtinentie vidualis hītus differens a continentia coniugali: habēs specialem rōnez boni ꝛ difficultatis: qz quibusdam est placitum ꝛ facile in cōiugio viuere caste: quibus non est facile nec placitū viuere vel a coniugio abstinere: sed tamē nō est virtus specialis: immo castitas est vna virtus: que minorem habz gradū in matrimonio: ꝛ perfectius saluatur ī viduitate. Similiter castitas cōiugalis nō statim īnascitur: cum quis eligit ab aliena abstinere. Sz cum frequēter ab aliena tentatus eligit nō acquescere: ꝛ sic de alijs. Et vt dicit tho. ī. 4. di. 49. In continēdo ꝑm aliquid maiorē pugnam sustinēt virgines: ꝛ ꝑm quid vidue ceteris paribus Virginibus enim cōcupiscentiam inflāmant ꝛ experiendi desiderium: qō ex quadam quasi curiositate procedit: qua etiam fit: vt homo libētius videat que nunq̄z vidit: ꝛ etiam in eis concupiscentiam auget extimatio maioris delectationis: q̄z sit ꝑm veritatem: ꝛ inconsideratio eorum incōmodorum: que delectationi huiusmodi augentē ꝛ adiūguntur. Et quantū ad hoc vidue maiorez sustinent pugnā: maiorē āt ꝓpter delectationis memoriam: ꝛ in diuersis vnum alteri preiudicat ꝑm hominum diuersas dispositiones: qz quidam magis mouentur hoc quidaz alio. Quicqd autem sit de quantitate pugne: tamen hoc certū q̄z perfectior est victoria virginum q̄z viduarū. Perfectissimū enim genus victorie ē ꝛ pulcherrimum nunq̄z hosti cessisse: Corona autem non debetur pugne: sed victorie de pugna. Nō ergo coronabitur nisi qui legitime ꝛc.

Quomodo in diuersis

temporibus homines diuersimode se habuerūt ad virginitatem seruandam. De. de palu. in. 4. di. 33. dicit q̄z in statu innocentie non licuisset cōtinere vsq̄z ad sufficientem multiplicationem humani generis: qz tunc erat preceptum. Crescite ꝛ multiplicamini. nec tamen peccauit adam continendo in paradiso: quia modico tempore fuit ibi. Sed tho. dicit q̄z post multiplicationem sine peccato potuisset quis esse virgo. Contra: quia tunc preferebatur virginitati coniugium: qz habebat fecunditatem cum puritate. Fuisset autē contra rationem eligere minus bonum: ꝛ ipsi nō erant facturi contra rationem: puta, tot fuissent masculi quot femine. vt esset vna vni: ergo si cōtinuisset feciisset contra finem matrimonij ꝛ pacis. Semper etiam fuisset multiplicatio necessaria: qz non videtur probabile: q̄z parentes ꝑmi retardarentur a glīa vsq̄z ad finem mundi: cum solum peccatum sit causa retardatiōis: vt originale vel actuale aut pena. Unde ꝑmis parentibus translatis in glīaz oportebat successores vacare generationi: sicut ꝑmi inchoauerant. Tempore vero nature lapse. s. tēpore legis nature fuit virginitas licita multiplicato genere humano: sz semper ante euangelium melius erat coniugiuz nisi vbi spaliter aliud reuelabatur. In paruulis autem erat virginitas carnis non mentis. Tempore vero lapse nature ante multiplicationē fuit in precepto prohibitio. Nec tamē peccauit abel virgo moriens. qz adhuc iuuenis erat: nec aptus coniugio: quando mortuus fuit. Nam nec chaiz libidinosus adhuc generauerat: fuit tamen abel mortuus virgo carne: sed non mente: quia tunc non erat tempus virginitatis: nisi quis dicit: q̄z deus prescius mortis eius sibi inspirauit virginitatem: ꝛ sic haberet aureolam virginitatis. Sed post multiplicationem licuit non tamen hēmus exemplum nec in enoch: qui per coitus generās ꝛ per coitum genitus est: nec in alio forte. Tempore autez diluuij sicut prius fuit illicita vsq̄z ad multiplicationem hominum. Postea vero licita non tamen extat exemplum: nisi forte de melchisedech. Sed si fuit sem filius noe: vt dicunt hebrei: non fuit virgo. Tēpore vō legis scripte: sciendum q̄z licuit seruare virginitatem: qz iam filij israel multiplicati creuerant nimis: vt arena maris: non tamen laudabatur: immo filia iepte fleuit virginitatem: vt habetur iudic. c. Et maledictus erat non relinquens semen maledictione scilicet opprobrii temporalis: nisi consilio spiritus sancti: vt helias dedicans secundum hiero. Sed apud gentiles error increbruerat q̄z dederat eos deus in reprobum sensum: vt licita putarent illicita: ꝛ econuerso: vt fornicationem esse licitam. Plato vero sanctificauit se: non quia putaret virginitatem illicitam. Unde nec deseruit eā: sed vt satisfaceret plebi. Nam opi. fuit apud philosophos propter scandalum vitandum: facere multa: q̄ sciebāt ñ esse faciēda sīc adorabāt idola. q̄uis scirēt nihil religiōis eē in stipite ne lapidarentur sicut pythagoras apud athenas reus

Padingsirmz fuadd. driſs in driſ tpribz ſeſuerut.

Virginitas nest per infusionē sicut alie virtutes. **Secundus.**

habitus est:qz vocauit lapidem ignem ardentē. Ipsi enim nesciebant aliam vitam:z ꝓpter hoc nimis timebant perdere istam. Tepore vo euāgelij semper licuit z licebit tenere virginitatem. Unde iohannes lucifer fuit virgo ante solez z nō venus. Maria etiam primiceria virginitatis fuit. Unde ps. Adducentur regi virgines post eaz. Tpe etiā glē erūt oēs virgines: qz.s. nec nubet nec nubēt: imo tpe grē: vt res melior cadit ib cōsilio fm illud.i.cor.7. de virginibus ꝓceptū dñi non habeo: consilium āt do. Dō consilium Jo. euangelista seruauit cum vxorem: p qua iam in domū traducta nuptias faceret: vt hētur Johā. z. intactam permisit: z virgo in euuz permansit: ꝓuilegio amoris a xpo dilectus. Hāc iosepb spōsus marie seruauit: vt dicit augu. z vouit cuz maria sponsa sua. 27. q. i. §. Et vas electionis virgo fuit. Unde dicit. i. cor. 7. Uolo oēs homines sicut me. s. virgines. Sed vnusquisqz hz ꝓpriuz donū: z xps habuit. vnde cantic. z. c. Ego flos campi z lilium conuallium.

Notandum etiā virgitas i est fm pe. de palu. vbi supra per infusionez: sicut alie virtutes morales. Et satis videtur ex speciali grā: q Jo. baptista z beata virgo z hieremias in vtero per sanctificationem receperūt virtutē virginitatis quam erant seruaturi. Sed de baptismo flumis z sanguinis: in quibus nō solū infūduntur necessaria ad salutem: sed z oīa perfectiua: in quibus nō est obex in recipiente: vt ēmissio culpe venialis z pene. vī q in paruulis in quibus nullus est obex: infunditur virginitas z inocentibus: nī tamen q eis debeatur aureola: qz illa respicit actum non habitum. De adultis autē vī: q dns sua liberalitate infūdat oī hōi: id ad qō se disponit. Unde q cū ꝓposito virginitatis venit ad baptismū vel ad aliud sacramentum: recipit habitum virginitatis: sicut z ceteras virtutes: qz enim i oī sacro noue legis infunditur: non solū id qō est necessariū ad salutem: sed ēt qō est vtile fm capacitatem z dispositionez digne recipiētis. Inde est q recipiens sacrm noue legis non cōtrariuz virginitati: qō dico ꝓpter matrimonium: recipit oēm virtutem ad quam est dispositus: z cuius ē capax. Si āt est corruptus mente z corpore: qz uis peniteat: non est tamē capax virginitatis: qz recuperari non potest. Sed si non est corruptus nisi mente: z penitēs proponit cōtinere tunc recipit. hec petrus

Notandum autem est qō dicit idem pe. q tho. in scripto. s. in. 4. s. di. 33. q. 3. ar. 2. ad quartum ar. z in. 4. s. di. 49. q. 5. ar. 3. q. i. in cor. q. tenet votum de essentia virginitatis non ēē. Jn sūma vero vī dicere oppositum. 22. q. 152. ar. 3. ad quartum argumentum. Sicut enim seruare castitatem z paupertatem sine voto: vt nouitius non faceret religiosū: sic virginitas sine voto non daret aureolam. Sed contra: qz hz ꝓpositum nubendi impediret: cuius proponeret nō illicite: corrumpi tamen firmum ꝓpositum perpetuo continendi etiam sine voto facit virtutem virginitatis: nec votum trahit ad aliam virtutē q̄ ad suam. s. latriam: alias ageret contra speciē. Unde bene concedo: q votum non facit d actu non virtuoso: z q actum trahat ad altiorem virtutem: q̄ sit abstinentia vel sobrietas: hz hoc non est in genere temperantie: sed iusticie. Unde votum non facit iciunium esse specialem virtutem: sed trahit ad alteram: sic z in proposito. Sz si virginitas haberet ex voto rationem virtutis nō esset species temperantie se habens ad castitatem: sicut magnificentia ad liberalitatem: sed solum esset actus castitatis elicitiue z latrie impetratiue ꝓpterea sic se habet virginitas ad castitatem: sicut magnificentia ad liberalitatem: sed illa est specialis virt°: non ex hoc q vota: sed solum ex hoc: q habet specialem difficultatem z bonitatem ergo zē.

Ad argumentū dicēdū q non est simile: qz ad religionem nō sufficit firmitas ꝓpositi: sed requiritur firmitas facti. Et religio nominat statum ad quam requiritur immobilitas facti: z per consequens voti. Sz ad rationē virtutis nī requiritur immobilitas facti: cum quis possit a vera virtute decedere z mutari de vere virtuoso in vere vitiosuz. Et iō si virginitas diceret statum non habitum posset videri: q requireret votuz. Sed si dicat habituz virtutis spalis non requirit votum qōcunqz. Ad firmitatē ēt in religione requiritur votum solēne i virginitate saltem simpliciter. Unde augu. dicit in diffinitione. s. de voto ponit hoc: non q sit de necessitate virginitatis: sed est de perfectione: qz desponsata xpo per votum est perfectior.

Quantuz ad secunduz s. quomodo possideatur virginitas virtus. Sciendum q multis medijs. Unde dicit ps. Adducentur. Et primo quidem oportet q adducatur ad hoc a deo inspirante z principali agente: sapientie. 8. c. Non possum esse continens nisi tu dederis. s. deus. Secundo oportet: q adducatur ad hoc a ratione istud ꝓpositum firmiter eligente z perpetuo: qō patet ex diffinitione: dū dicitur q virginitas est in carne corruptibili perpetue incorruptionis meditatio. i. ꝓpositum perpetuo abstinendi a delectatione venerea nec dum experta. Unde virgines corpore que intendunt tempore suo: nubere: non habent habitum virginitatis: nec aureolam: nec paruuli: qui licet non cogitent de nubendo nec tamen habere ꝓpositū continēdi. Eunuchi ēt vel frigidi si itēderēt expiri delectationē venereā p matrimonium vel alium modum: si possent non habent habitum huiusmodi virtutis nec aureolam.

Virginitas nō habet medijs possidet.

Virgines q sine xpo multe intrabūt nō sine aureola.

Sed si intendunt ab hi⁹ abstinere si possēt: vtiq; hñt: sicut potest credi de eunuchis: quos fecit nabuchodonosor. s. Danielē ⁊ socijs eius: dañ. ꝑmo De nereo ⁊ archileo: qui persuaserunt domitille virginitatem. Tertio oꝫ ꝙ adducantur ad hꝰ a recta intentione. s. ꝓpter deum nō ꝓpter mūdi laudem: aut ꝓpter honorē idolorꝫ: sicut virgines dee veste. Unde virgines. 5. que non sūpserunt oleum in lāpadibus designans charitatem dei in cordibus excluse sunt a sponso ⁊ clausa ē ianua: mat. 25. c. Quarto oportet ꝙ adducantur per vias aliquaꝫ virtutū vt humilitat⁹. Ambro. Decet vt virgo quāto castior tanto humilior. Unde de quodam sācto viro legit̄: ꝙ vsque ad sexagesimū etatis sue ānū seruans virginitatē elatus in superbiā eam perdidit. Quinto per viam sobrietatis: quia secundum ber. in delitijs periclitatur castitas: ꝓpterea apostolus vt virgo perseueraret: dicebat: Castigo corpus meū: ⁊ in seruitutē redigo. 1. cor. xi. Sexto ꝑ viā modestie s. cauēdo se ab auditu ⁊ discursu vāis. Corrūpūt bonos mores colloqua mala. i. ad cor. 15. c. Et dina que egressa est domuꝫ ad videndū mulieres regionis: amisit virginitatem corrupta a sichem genē. 34. c. Ambrosi⁹. Discite virgines nō cursitare per alienas domos: nñ aliquos in publico misceāt sermones. Quō aūt perdetur virgūtas: dicetur in vltimo. §.

Quantum ad tertium

ꝓ virginū dignitas ostenditur.

s. quomō eius dignitas commendatur ⁊ quātuꝫ: ostenditur dum dicitur: regi adducentur. Uere ⁊ veri virgines regi. s. domino iesu christo: q ē rex regū: vt sit sponse ei⁹. Magna dignitas ista. Unde beata agnes dicebat: ipi suꝫ disponsata. s. christo: et nobilitatem huius sponsi ostēdi dicēs: vt refert ambrosius in libro de virginitate. Cui angeli seruiunt: cuius pulchritudinem sol ⁊ luna mirantur i. mirabilē oñdūt. Cui⁹ mater virgo est: cui⁹ pater feminam nescit: cuius potestas celsior: aspectus pulchrior: amor suauior: ⁊ oī qāa elegantior: cuius opes nunq; marcescūt: nūq; decrescunt. Et ō ornatis sibi ab eo collatis subdit. Induit me dominus ciclade auro texta. s. sapientie vel dilectionis: ⁊ īmensis monilibus decorauit me. s. virtutum anulo suo. s. fidei subarrauit me: ⁊ corona uit me corona. s. spei eternoꝫ. Tradidit auribus meis ineꝫtimabiles margaritas. s. verboꝫ sacre doctrine. Mel ⁊ lac ab eius ore suscepi. s. dulcedinis spūalis: etiam puritatis per inspirationem. Sanguis eius ornauit genas meas. i. passio īduxit ad operea patientie que maxime ostendit rubore sanctitatis. Posuit signum in faciem meam: vt nullum ꝓter eum amatorem admittaꝫ: in quantum. s. dedit faciem erectam ad celum: vt ipsum contēpler: ⁊ ad perfectum dirigam: nō ad terrena respiciam. Uerba sunt Ambro. Speculum dedit vniuersitatis creaturauꝫ: quo potest intueri pulchritudinem: non solum sponsi sed ⁊ suam cum oīa ꝓpter ipsuꝫ fecerit: ⁊ oīa in ipsa reperiantur. Singulum temporale amictuꝫ seu vestitum prudentie. Huic ergo regi tam nobili adducentur vere virgines: vt sponse eius: ⁊ iꝫ virginitas non sit simpliciter excellentior omnibus alijs virtutibus: qꝫ non maior theologicis nec prudentia iusticia vel fortitudine ⁊ humilitate: est tamen precipua in genere temperantie ⁊ multum commēdabilis ⁊ preeminens ex sex: q̄ pōit pe. de palu. in. 4. di. 33. p3.

Et primo ad premium

accidentale: quod dī aureola: qꝫ nulli parti temperantie debetur fructus: nec aureola nisi castitati: nec aureola ⁊ fructus centesimus: nisi virginitati soli. Unde apo. 14. dī ꝙ nemo poterat cāntare canticum illud nouum nisi illa. 144. milia. qui virgines permanserunt. Canticum illud aureola. i. quoddā gaudiuꝫ spirituale: qō habēt virgines qō non possunt habere alij sancti non virgines: ⁊ si maius premium essentiale habeant.

2° quo ad scientiaꝫ: qꝫ maxime disponit ad acquisitionem scientie ⁊ sapientie. Unde Jo. euangelista virgo magnam de diuinis pre ceteris habuit cognitionem vt de verbo dei. 3° quo ad pulchritudinez spualem: non ex eo tm̄: ꝙ passiones concupiscibiles sint cōes nobis ⁊ brutis: fiē esse furibundū in cane: ⁊ vindicatiuum in leone sed quia magis obscurbetur iudicium rationis: que est pulchritudo hōis in qua est imago dei.

4° quo ad similitudinē ī plurib⁹: qꝫ hi sequūtur agnum. s. xp̄m quocūq; ierit integer. s. corpore ⁊ mente: sic̄ xp̄s ⁊ incorruptio facit ꝓmium deo: vt dicitur sapientie: mente ⁊ corpore ⁊ de⁹ incorruptibilis est. 5° quo ad simultatem: quia ista virtus non est sine alijs: sed bene econuerso. potest enim quis habere virtutes alias sine ista: sicut habuit petrus apostolus sine ista. Et cū dī virtutes omnes esse cōnexas ꝫm magistruꝫ ī tertio sn̄iarum: intelligitur vel de virtutibus necessarijs ad salutē: qualis ista non est: sicut nec magnificentia: vel ꝙ sint cōnexe in radice charitat⁹ cum isto. s. ꝓposito: vt si eēt a deo preceptum ꝑuare virginitatem: ⁊ nōdum fregisset: obediret eam seruando. 6° quo ad raritatem apoc. 14. Uidi turbam magnam: quam dinumerare nēo potat. s. sāctoꝝ. Ponit̄ āt ibi numer⁹ determīat⁹ virginum: qꝫ centuꝫ quadragintaquatuor milia: q virgines permanserūt ꝓ indeterminato tamē ponitur: qꝫ plures sunt. Et huiusmodi rō est: qꝫ virtus ista non potest recuperari amissa materialiter: ⁊ si amissa quo ad mentem solum reparat̄ per penitentiam. Alie autem reparantur ꝑ pn̄iaꝫ tum etiam qꝫ difficilior ad seruandum: ibi eniꝫ frequēs pugna ⁊ rara victoria. Omne rar⁹ char⁹. Quanuis enim aliqui per accidens magis tentēt̄ de gula: alij de alijs vitijs q̄ꝫ de luxuria ꝫm qualitatem complexionis vel dei dispensatione tamen per se loquendo maior ē tentatio luxurie

Virginitas ē irrecuperabilis.

Ratio potest esse: qz natura magis intēdit conseruationē spei q̄ indiuidui: cui indiuiduo puidetur satisfaciendo gule vel alijs vitijs. Nec obstat: q̄ natura prius retinet necessaria ad nutritiuam z augmentatiuā: q̄ transmittat ad generatiuam: qz hoc non est quasi magis solicita sit de indiuiduo q̄ de spē: imo econuerso. sed qz non aliter agerz indiuiduū ad conseruandō speciem nisi ipsū indiuiduū consisteret. Unde qō est hic prius in intentione: est posterius in generatione. Sed hoc est: qz virtuosi minus student sobrietati q̄ castitati: ppter hoc exercitium fit facile: qō inexpto est difficile. Rō aūt quare magis virtuosi studeant castitati q̄ sobrietati est: qz castitas non amittitur sine mortali: pñt āt deficere a sobrietate per veniale: qz illa cōsistit in medio qō est latum: ista scilicet castitas est in extremo: qō est indiuisibile.

De voluntaria et irrecupabili amissione virginitatis

pe. de palu. i. 4. di. 33. sic ait. Mulier perdit virginitatē per hoc: q̄ corrūpitur mente z corpore: altero de tribus modis: puta p hoc solū claustra frāguntur sibi voluntarie: etiā si nō seminaret nec semē reciperet. Nā concupiscētia spadonis defloratur virginē vt scribitur: qui iz nō possz seminare: poterat tñ claustra frangere. 2° modo per seminis virilis susceptionē: qz si ita reciperet saluo claustro: sic menstruū emittit nec seminaret: nihilominꝰ virgo nō esset: qz sic posset concipere: puta si qs cognosceret virginē voluntariā in hoc circa claustra pudoris: z semē ad matricē attraberetur: pgnantē enim per naturam nullā diceret virginē z tñ mulieres aliqne concipiūt: que nō seminat. 3° si ex vehemētia ardoris sine fractione claustri ipsa seminat: puta voluntarie cogitans de cōmixtione turpi z hꝰ ablq̄ cōmixtione cum alijs z talis qui corrūpit seipsam: vel ab alia muliere voluntarie corrupta nō dz inter virgines conscrari: ēt ad tollendū scandalum: qz nō est virgo vt habetur in 2ª pte. c. de scandalo. non tñ facerz bigamum virum: cū quo ꝺberet mrimonium.

De corruptione autē voluntaria sciendum q̄ nō perditur virginitas

per quācunq̄ corruptionē inuoluntariaz corporis: etiam in muliere: vt q̄n opprimitur z frāguntur claustra pudoris z semen viri recipitur: etiaz si inde concipiat z pariat. Item nec per ꝓpam seminationē: q̄n non pcedit ex cōsensu nec acceptatur a consensu q̄n habetur iudicium rationis. Si enim dormiēs vir vel mulier polluatur: non pditur virginitas: ēt si in vigilia terminetur pollutio: nisi postq̄ terminata est cōplaceat fm de liberationē rationis. Uidetur in aliquibus: q̄ cū virginitas mentis respiciat futurū. Si quis cōplaceat sibi ī pterita pollutione: que nō ex electione pcessit: virginitas non perditur corpore: sed mente tñ: ptunc enim non perditur corpore: qz illa corruptio transit. Prius aūt non fuit perdita: qz consensus ꝺfuit. Requiritur ergo vt cō sensus precedat: vt si sentiens se calefactum obdormiret vt polluetur mulier opprimeretur: vel requiritur q̄ cōcurrat tēpore quo potest cō tradicere. Nam durante seminatione: non bz iudicium rōnis: z mulier que opprimitur: si suscipiendo semē vel alias q̄ncunq̄ cōsentiat: nisi solo eo tempore: quo inuite excitata seminat: quā do sine culpa sua caret iudicio rationis pdit virginitatē z non aliter. vnde dixit lucia. Non corrumpitur corpus nisi de consensu mentis. s. quo ad peccatū vel amissionē virginitatis. Nā si me inuitam feceris violari: castitas mihi duplicabitur ad coronam. 32. q. 5. ¶ i. Talis tñ non consecratur inter virgines: z hoc ppter dubium renitentie consensus: vt. 32. q. 5. ille. Aut quia ēt non potest significare integritatē sponse xpi. s. ecclesie cū corrupta corporaliter sit z nō integra z si virgo. Et cuicūq̄ nuberet faceret ipsum bigamuz: qz diuisit carnem in plures. Itē nō q̄ integritas carnis in expientia voluptatis electio actualis p violentiā demonis vel hōis infirmitatē vel sōnum z hꝰ perdi potest: sed per hoc nō pdit virtus virginitatis. Unde bene potest esse pater virgo per semē emissum a dormiente: demone succubo recipiente: z postea per eundem demonem incubum factum transfusum in feminam: cum etiam suscipiendo semen virile saluo claustro mulier potest concipere: sed in partu perdit virginitatem: sed virginitat] virtutem retinebit pater ꝓdictus: z vi ēt oppꝑssa pariens aureolā ēt vtiq̄ hēbit. Unde ī cronica martiniana legitur de merlino: q̄ fuit filius diaboli: qz. s. conceptus per monialē ex demone succubo z incubo ipsiꝰ. Et de antichristo aliqui dicūt: q̄ simili mō concipietur. vnde dicit eum apls filiū perditionis. Quāuis aūt dicant qdam virginitatē statū dicēr nō virtutē specialē: cōioz est opinio: q̄ sit virtus specialis: que emissa semel nō recupatur. Unde hiero. Cum possit oīa deus: virginem non potest suscitare post ruinam. Ualet quidem de pena liberare sed non valet coronare corruptam. 32. q. 5. si paulus.

De statu virginum z de consecratione virginum: z de multis que pertinent ad debitam conuersationem earum. capi. 2.

Consecratio virginum ptinet ad epm nō ad inferiores: q̄ tamē consecratio non ē sacrm nec per eam character imprimit: sed ē qōdam sacrale: per qō cōfertur fm tho. gra: z operatur ad remissionē venialiū: sicut ī vnctione regū z hꝰ alijs benedictionibus: z hoc nisi impedimentū prestetur ex pte suscipientis: nec fit ista consecratio oibꝰ vginibꝰ:

Virginitas nō ꝓprie ꝓ emolimento mali corrumpitur.

Virginitas ē sacrm. nō ē sacrm tñ hē gdā sacramētale.

sed solum religiosis: vt monialibus obligatis p̄ pfessionem ad essentialia vota: nec etiam oīb⁹ monialibus. Nam monialeſ ordinum mendicā tium: z etiam alique alie non ꝓsecrātur ab epo. Ratio autem quare solus eps cōsecrat v̄gines: ē ſm tho. in. 4. ſ. di. 38. q. i. ar. 5. qz sicut per matri monium carnale repñtatur matrimoniū ſpūale inter xp̄m z eccl̄iam quo ad fecunditatem: ita p velationem virginum repñtatur idē matrimoni um ſpūale q̄tum ad eius integritatem: vt p3 per omnia que ibi ꝓferuntur z gerūtur. Et ꝓpt̄ hoc solus epus virgines velando desponsat non sibi sed xp̄o: quasi ſponſi paranymphus z amic⁹. Et quia integritatis ſignificatio plene pōt ee solum in continetia virginali: sed semiplene in viduali: ꝓpter hoc viduus datur aliud velum: sed nō cuz illa ſolennitate qua datur virginibus. Intelligē da autem videtur hec integritas eccleſie: qz v3 integritatem ſemper ſeruat in fide vera z rectitu dine vite: in nullo erroꝛe vel vitio coꝛrupta: ſm illud. 2. coꝛ. 8. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere xp̄o. Una ē ergo virgo mater z ſemper immaculata eccleſia ait beda. Pōt etiaz deſignare matrimonium inter xp̄m z eccleſiam triumphantem: vbi nulla coꝛruptio coꝛporis vl̄ mentis. Nec enim nubent nec nubentur: ſz erūt ſicut angeli dei: mat. 22. Angelis autem ſemp eſt cognata virginitas.

Et notandum quod tri

p virgo tñ pōt ee absqua et nō oēs vrgines ꝓmē ꝓsequūt. nec oēs vrgines aureolā hēbūt.

plicit pōt aliqua eē virgo. Uno mō materialit tantū: vt illa que non ē experta actum venereuz ſed intendit experiri vel per cōiugium vel per ac tum illicitum extra coniugium: vel qz de neutro deliberat: qz nondum h3 vſum rōnis: z talis non conſecratur: nec ei debetur aureola virginitatis niſi poſtea ꝓponat firmiter in v̄ginitate pmanē z doleat de cognitione carnali: qō tantum men te non opere cōmiſit. 2° dicitur v̄go formaliē tantū que. ſ. habens firmū ꝓpoſitum virgini tatis violenter coꝛrupta ē ab alio: ipa ſemp rōe renitente: z talis virgo ē nec amittit aureolā vir ginitatis: ſed tñ nō pōt nec d3 conſecrari iter vir gines: vt. 32. q. 5. ille famule. z rō ē ſm alber. quia difficile ē in tali actu: q voluntas non eliciat ali quem ꝓſenſum: vnde cum de pleno diſſenſu ec cleſie conſtare nōn poſſit: iō eccleſia ſtatuit vt ñ cōſecrentur. 3° dicitur virgo materialiter z foꝛ maliter que. ſ. nō eſt experta actū venereū: z fir miter ꝓponit ab hi⁹ abſtinere: huic debeē aureo la: nec tamē cōſecratur inter virgines niſi ſolēni ter ꝓfeſſa in religione appꝛobata. Qz ſi taliſ mo nialis eēt occulte coꝛrupta: non debet cōſecrari Et q̄uis Guil. dicat q talis ad vitandum ſcan dalū poſſit cōſecrari: puta qz in tali monaſterio conſueuerūt oēs conſecrari. vnde ſi talis occul te coꝛrupta non conſecrareē bēretur ab alijs ſu ſpecta de coꝛruptione eius: z ſic manifeſtaretur. Tamen alber. z tho. in. 4. ſ. di. 38. q. i. ar. 5. ad vl timum ar. dicunt q talis non d3 cōſecrari: qz p pter vitandū ſcandaluz cuiuſcūqz nō debēt mu tari ſacra eccleſie nec ſacralia: vt eſt conſecratio virginū. Sed bene poſſet vti aliqua cautela: vt ſeruatis quibuſdā cerimonijs: que nō ſūt de ſub ſtantia veli virginalis: cū eps dicit foꝛmā muta ret nomē virginitatis in nomē caſtitatis. Et cō coꝛ. goſ. z hoſti. ſed pe. de pa. in. 4. dicit talē cau telam non eſſe licitam: qz eſſet mendacium ſeu fictio in facto rei ſacralis.

Notandum ſecundum

velum. pe. de palu. in. 4. di. 38. q eſt quincupleꝛ velum ſecundum canones. Primū eſt velum profeſ ſionis: qō datur feminis. 12. anno completo: 20. q 2. puella. Et hoc velum poꝛtant in religionibus oēs ꝓfeſſe. Secundū eſt velum cōſecrationis qō datur ān. 25. etat⁹: vt. 20. q. i. placuit. z. q. e. c. deuotis. dicitur q iſta velatio virginalis fiat ſo lum in epiphania z in albis paſchalibus z i feſtis apoſtoloꝛ: ſed cōſuetudo h3 q fiat etiam dñicis diebus z alijs feſtis ſolēnibus z etiam ante tps dicte etatis. Tertium eſt velum oꝛdinatiōis qō datur ān. 50. vt 27. q. i. vbi dicit diaconiſſā non debere oꝛdinari ante annum. 40. vbi dicit glo. q diaconiſſa hic appellatur: non ex eo q ei conferatur oꝛdo diaconatus: cuz non ſit mulier capax alicuius characteris ſeu oꝛdinis: ſed quia cōfertur ei aliqua benedictio: ex qua accipit of ficiū inchoandi hoꝛas in choꝛo: z legē omel. qō alijs nō l3. Unde z ab epo datur ei breuiarium ad tangendū: vbi ſunt omel. de euangelijs in ma tutinis. Et hoc adhuc ſeruatur z fit poſt cōſecra tionem earum in eodem officio miſſe: ſed nō cō ſuetuit dari aliqō velum in hoc: ſed nec etiaz illa etas. ſ. vt ſit qnadragenaria expectatur: ſed ō cōi cōſuetudine eſt vt cū conſecratur: que conſecra tio ſeu velatio etiā fit ante. 25. annū: cōiter p⁹ cō ſecrationem oꝛdinatur. Quartum velum dī ꝓlationis qō dabatur abbatiſſis. 60. anno etatis vt. 20. q i. iuuenculis. ſed iure nouo ꝓuiſum eſt: q habēs. 30. ānos cōpletos poſſit fieri abbatiſſa vt de elec. c. indēnitatibus li. 6. ſed nec tunc ſm pontificale datur velum: ſed fit officiū quoddaz z benedictio: vt ibi notatur. Quintū eſt velu continentie z obſeruationis: z hoc eſt viduaruz 27. q. i. vidua. hoc velum poteſt dari z ab epo z a ſacerdote: vt dicit glo. 20. q. i. vidua. z ipſa etiā met accipere ab altari facta ꝓfeſſione coꝛaz ſua ꝓlata. Et poteſt dari tale velum continentie vir ginibus z viduis. Sed velum virginale nō pōt dari niſi virginibus: nec eps poteſt in hoc diſpē ſare. 20. q. i. de votis. Quidam aūt adducit. 6. velum. ſ. ꝓbationis qō daē in monaſterio qñ re cipitur ad habitū ante ꝓfeſſionē: qō cōiter ē al bum. Nam alia ꝓdicta cōiter ſunt nigra: in mul tis etiam mōaſterijs hoc ſeruatur: vt ea die qua cōſecrāt virgines eadē die ꝑpus ꝓfiteatur coꝛā epo z abbatiſſa. Idē pe. dicit q nullus niſi eps

de expiratis tempore intendud.

Secundus.

virgines velare potest.20.q.i.deuotis. Ipse enī est quasi sponsus paranymphus ōsponsās xpō virginem. Abbatisse vero nullaz monialē velo virginū velare possūt.20.q.z.statuim⁹. Nec hº potest eps nō exñti epo demandare:qz hoc ē cō secratiōis z ordinatiōis epalis:sicē z cōsecrare ecclesias:z iurisdictiōis:exō cōse.eccl'. vl'alta.aq̄. Et ex his apparet q religiose monialis ordinis mendicantiū:que velantur a platis eaz:nō epis velo virginū cum solēnitate:qua velātur ab epo excepta datione anuli z cozonatione non bñ faciunt:nec qui velant eas:cum videātur vsurpañ officiū epozum:nisi hoc habeant ex cōcessione a papa. Idē pe.dicit:q mōiales occulte cozzupte siue a viris siue aliter:nullo modo sūt velāde velo virginum:nec ēt ppter vitandū scandalū. Sed verū est:q si eps hoc sit in confessiōe vl'ēt aliter:sed occulto modo nō debet talez publice repellere:sed admittere:ipsa tamē que est cōscia de cozzuptione perfecta moztaliter peccat eam suscipiendo. Et idem vī de his que hoc sciētes ad consecrationē solicitant:secus si permittāt cū est occultum. Potest aūt se excusare non manifestando peccatum:sed tanq̄ ex humilitate:vt īdigna recuset.

Nota de tētationibus

carnis continētiuz virginū vel viduaz. Dicit pe. de palu.i.4.di.35.q.i.in fi.q molestatū a passionibus nō oportet desperare de defectu habit⁹ ifusi vel acquisiti. Nā q dicit philosophus:q tēperatus nō molestatur passionibus:sed faciliter z delectabiliter z pmptē deuincit eas:sed cōtinēs molestatur appellans continētem:qui nō habet habitū firmum virtutis tēperantie :intelligit de tempantia acquisita z tentatione a carne: q duo solum nouit philosophus:z nō de tempantia īfusa z tētatione ab hoste:que duo non nouit philosophus. Contingit enim qñq habētem tēpantiā acquisitam a demone ita grauiter tētari:sicut a carne nō habēte aliquem habitū:qz potest iflāmare carnem:z imaginationem per motionem specierū z spirituum z mare:si permittatur plus q̄ naturalis motus insurgūt. Unde z paulus dicebat. Datus est mihi stimulus carnis angelus' sathane:qui me colaphizet.z.coz.ii.c. Unde q̄uis haberet habitū virginitatis acquisitum z infusū nihilominus caro nō a se:sed a demone sic instigabatur:sic acriter īpugnabat:sed dictum est ei. Sufficit tibi gratia mea:qz habitus acquisitus sufficit ad domandam oēm tentationem naturalem:sed nō tentationem que est ab hoste:sz habitus gratuitus continentie ad vtrunq̄. Et si non eēt illa carnis que est qñq cū imaginatiōe qñq sine imaginatione. Illa hostis.que qñq est sola imaginatione:est grauioz oī alia:que tñ aliqñ ēt ad inflāmationem carnis descendit z tunc fortioz est vt carnis afflictio requiratur:sicut beat⁹ benedictus tentatus se iecit in spinas.hec pe. Et beatus franciscus post flagella:cum nō cessaret tētatio:nudum se posuit inter niues. Et beat⁹ ber.adhuc secularis:sed virgo se īmisit in aquis gelidis. Sic legimus sanctā abbatissaz sarai virginem vsq̄ ad senectutem vitio carnis tentatā: sed viriliter resistentem in vitis patrum. Et beatam catherinā de senis virginem ad tps grauissime tentatam per imaginationes a diabolo immissas sed victoziosam z de multis alijs. Unde p cōclusione notetur verbum gregozij dicentis. Nequaq̄ īmunda cogitatio cū mentem pulsat maculat:sed hanc per delectationē superat:ō peniten.di.z.c.inter hec. Oratione ergo pugnādū est contra hoc:vt paulus fecit:ter dñm ozans:z humiliatione intelligens illud sapīe.8.c. Nō possum esse continens :nisi tu dederis.s.dñe. Et hº scire donum dei est:z se discrete affligere ad domandum carnem.

De instrúctione virginitatis ab īfantia.

de virginū instructione ab infantia.

Diero⁹ ad alethā sic ait. Filia tua cantica mundi ignozet turpia non intelligat Adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuat. Procul sit etas lasciua pueroz:habeat in adiscēdo sotias :quibus inuideat:quarū laudib⁹ mozdeatur nec est obiurganda si tardioz sit:sed laudibus excitandum ingeniū:vt vicisse se gaudeat z victa doleat. Caue ne ineptis blādicijs feminarum dimidiata similia verba dicere consuescat:ne in auro aut purpura' discat laudem : quorum alterum lingue alterum moribus officit. Greca histozia narrat alexandrum ozbis domi natozem in moribus:z incessu pedagogi sui leonidis:non potuisse carere vitijs :quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Procliuis est enim malozum emulatio :z quozum virtutes assequi nequis:cito vitia imitaris. Modestam habeat nō garrulam nutricem grauem:cum anum viderit in pectus eius transiliat z collo dependeat volēti:alla decantet. Sit omnib⁹ amabilis :z vniuersa propinquitas rosam ex se natam gaudeat:ipe habitus doceat eam cui promissa est. Caue ne cerussa z purpurissa oza xpō consecrata depingas:ne collum auro z margaritis ornas:nec caput gēmis oznes nec capillum:z aliquid ei ō gehenne ignibus auspiceris. Et ita beli sacerdos offendit dominum ad vitia liberozum. Si autem etas perfecta z sui iuris parentibus imputatur:q̄to magis lactens z fragilis:que ignozat boni et mali distantiam:qui itaq̄ paruulus ē: z sapit vt paruulus:donec ad annos sapientie peruenerit: tam mala eius q̄ bona parentibus imputātur. Si sollicita es z prudens:ne filia tua percutiat a vipera:cur non eadem cura prouideas ne ꝓcutiatur a malleo vniuerse terre:ne egrediatur cum dina:vt videat mulieres religionis aliene:ne ludat pedibus:ne trahat tunicas. Uenena non dātur nisi melle circūlita:z vitia non decipiunt:nisi sub specie virtutum. Non vescatur filia in publi

co.i.in parentum conuiuio:nec videat cibos q̃s
deſiderẽ.Et licet quidam putent maioris eẽ vir
tutis pñtem comtemnere voluptatem:tñ ego ſe
curioris arbitror continentie:neſcire quod que
rat:carnium edulio ſuſtentent:ne p̃ius deficiãt
pedes:q̃ z currẽ incipiant nuſq̃ abſq̃ te ꝓcedat
in publicum:baſilicas in publicum z eccl̃ias ſi
ne matre nõ adeat. Nullꝰ ei iuuenis cincinna
tus arrideat. Nolo aliquã ꝺ ancillulis ſuis plus
diligat:cuius crebro auribus inſuſurret. Quic
quid vni loquitur omnes ſciant. Placet ei cões
non compta:non formoſa:que liquido gutture
carmen dulce moduletur:ſed grauis pallẽs ſor
didatus ſubtriſtis. Nocte ad orationes ſurgat:
hymnos mane decantet. Orationi lectio ſucce
dat lectioni oratio:diſcat z tenere colluſ:rotare
fuſum:ſtamina pollice ducere:ſperuat bombicũ
thelas:ſericum vellera:z aurum in fila lenteſcẽs
Talia parent veſtimenta:quibus frigus pellaꝫ:
non quibus veſtita corpora videantur. Libꝰ eiꝰ
oluſculum ſit z ſimilia:raroq̃ piſciculi:ſic come
dat vt ſemper eſuriat:z.ſtatim poſt cibuꝫ poſſit
orare z legere. Diſplicent mihi in teneris maxĩe
etatibus lõga z immoderata ieiunia. Experimẽ
to didici aſellum in via:cum laxus fuerit:querẽ
diuerticula. Doc in perpetuum ieiunium p̃ceptũ
ſit:vt longi itineris perpetes vires ſuppetãt:nec
in p̃ma manſione currẽtes corruentes i medijs.
mihi omnino lauacra in virgĩe adulta diſplicẽt:
que ſeipſam debet erubeſcere:z nudam videre
non poſſe. Si enĩ ieiunijs z vigilijs macerat cor
pus ſuum:z in ſeruitutem redigit:cur ecõtrario
balnearum fomentis ſopitus ignis ſuſcitaẽ pro
gẽmis z ſerico:virgo tua diuinos codices amet
quibus non auro z pellis babylonie vermiculata
pectura:ſed ad fidem emendata z erudita diſtic
tio. Caueat oĩa apochrypha:iurare nõ diſcat:
mentiri ſacrilegium putet. Trade ei comitem
ſanctitatis:cuius z ſermo z inceſſus z habitꝰ vir
tutum doctrina ſit. hec hiero�.

De exercitio virginis

f de virgine agente et ſanctite.

z eius ſocietate. Hiero�. ad demetriadem virgi
nem dicit:p̃ter pſalmorum z orationis ordi
nem:qõ tibi ora.3.6.z nona ad veſperuꝫ medio
noctis:z mane ſemp exercendũ. ſtatue quot ho
ris ſanctam ſcripturam edocere debeas:quãto
tempore legere non ad laborem:ſed ad inſtruc
tionem aĩe z delectationeꝫ. Cũq̃ finieris ſpacia
z frequenter te ad fingenda genua ſolicitudo aĩ
ſolicitauerit:habeto lanam ſemper in manibus
aliarũq̃ filamina:aut in globum collige:aut te
xenda compone:que texta ſunt reſpice:que erra
ta reprehende:que facienda conſtitue. Si tãtis
operum varietatibus fueris occupata:nũq̃ tibi
dies longi erunt nec tibi iccirco eſt ab opere ceſ
ſandum:qz deo propitio nulla re indiges. Sed
ideo cum oĩbus laborandũ eſt:vt p occaſionẽ
operis nil aliud cogites:niſi qõ ad dñi pertinet
ſeruitutem. Simpliciter loquar:q̃uis oẽm ſeſũ
tuũ in pauperes diſtribuas:mihil apõ xp̃m erat
p̃cioſius:q̃ q̃ manibus ipſa cõfeceris vel i vſus
p̃pos vel in exemplum virginum ceterarũ: vel
qõ alie matriq̃ offeras maiora ab eis in refec
tionem pauperũ p̃cia receptura. Solet tamẽ in
pleroſq̃ eẽ certamẽ:vtrum ſolitaria aut cũ mul
tis ſit vita melior:quaꝫ p̃ior p̃ferꝫ ſecunde:ſz
in viris periculoſa eſt:ne ab ſtracti ab boĩuꝫ fre
quentia ſordidis z ipſis cogitationibus pateãt
z pleni arrogantia z ſupercilio cunctos deſpi
ciant:armẽtq̃ linguas ſuas vel clericis vel mõa
chis alijs detrahẽdo:q̃to magis in feminis:qua
rum mutabilis fluctuãſq̃ ſnĩa:ſi ſuo arbitrio re
linquatur. cito ad deteriora dilabitur. Noui in
vtroq̃ ſexu per nimiam cerebri ſanitatẽ in qui
buſdam fuiſſe vexatam:p̃cipue qui i humect]
z frigidiſ hĩtaũẽ cellulis:ita vt neſcirẽt qd agerẽt
q̃ue ſe vterẽt qd log qd tacẽ ꝺberẽt. Bonum ẽ
obedire maioribus pere perfectis:z poſt r̃gulas
ſcripturaꝫ vite ſue tramitem ab alijs diſcere. nec
p̃ceptore vti peſſimo. i. p̃ſũptione ſua. De talibus
feminis logt apls. Que circunferunt omni vẽto
doctrine ſemp diſcentes:z nũq̃ ad ſnĩam veri
tatis peruenientes. Graues femine z maxime vir
gines z vidue eligantur:quaꝫ ꝓbata ſit conuer
ſatio. Pmo moderatus:ſãcta verecũdia fuge la
ſciuiam puellaꝫ que ornant capita:crines a fron
te demittunt:cutem polliunt aſtrictas habẽt ma
nicbas ſine ruga:ſocbos oriſpantes:vt ſub nomi
ne virginali:vendibiliuſ pareãt. Mores plerũq̃
dñarum z ſtudia ex ancillarum z comitũ mori
bus iudicãtur. Illa ſit tibi pulchra z amabilis q̃
neſcit ſe eẽ pulchrã. que negligit forme bonum:
z ꝓcedens i publicuꝫ nõ pectus z colla denudat
Sed celat faciez. z vix vno oculo qui eſt vic ne
ceſſari⁹ patenter graditur. Linaclos pueros z ca
lamiſtratos z peregrini muris dentes pelliculas
quaſi peſtes z venena pudicitie deuita hec ille.
Qz ſit periculoſũ virgines conuerſari inter ſecu
lares vel laute viuere oſtendit idem hieroꝰ i epi
ſtola ad matrez z filiã in gallia mittẽs alias ſcri
bens. Si virgo es inquit:quid times diligentez
cuſtodiã ſ. mr̃is vl alteri⁹. Si corrupta cur palã
ñ nubiſ. Secũda poſt naufragiuꝫ tabula ẽ q̃ ma
le ceperas hoc ſaltẽ remedio temperare. Quid
tibi neceſſe ẽ in ea domo verſari in qua neceſ
ſe habeas aut quotidie pire aut vincere. Quis
unq̃ iuxta viperam ſecurus dormit:que z ſi
non percutit certe ſollicitat. Securius eſt pire
non poſſe q̃ iuxta piculum non pire. Inter laſci
uas puellas z comatos iuuenes puella grade
ris. Dabit tibi barbaculus quilibet manum z p̃
ſis digitis:aut tentabitur aut tentabit. Erit tibi i
ter viros z matronas conuiuiũ. Spectabis alie
na oſcula. In alijs ſericas veſtes deauratalq̃ nu
meraberis. In ipſo quoq̃ conuiuio vt veſcaris
carnibus quaſi inuita cogeris. vt vinum bibas
dei laudabiꝫ creatura. vt lauer] balneis:ſordiꝫ

Secundus.

Querit insuper que sit dignior scientia medicina vel scientia iuris. Ad qō rndit aug. de ancho. vbi supra vnam scientiā eē digniorē alia contingit tripliciter. Primo ex parte rei considerate. Secundo ex pte modi considerandi. Tertio ex pte finis ad quem ordinatur. Et primo modo. i. ex parte rei cōsiderate methaphysica est dignior omni alia: cū eius subiectū sit ens in cōmuni tum ens. ex parte vero mōi ꝺsiderandi mathematica ē dignior naturali philosophia cū modo abstractiozi consideret: ex pte finis architectomatice digniores subseruienti bus: sicut militaris est dignior frenefactiua. Scientia ergo medicine vr dignior alijs sciētijs practicis: cum sit de corpore sano egro ⁊ neutro: qō corpus est organum aīe ⁊ oīum actuum humanorum. Ex parte vero finis dignior vr scientia legalis vt militaris cū ordinetur ad conseruatōnem boni publici: qō prefertur cuiuslibet particularis pſone. Sed ex pte modi cōsiderandi vr certitudine tradendi videt se hēre sicut excedētia ⁊ excessa: qz sicut regula medicinalis variāda ē ex varietate ꝰplexionum: sic regula iurispitoꝝ varianda est ex varietate conditionū ppli: vt dicit aug⁹ de libero arbitrio. Cū ergo scientia medicine ⁊ iuris se habeant sicut excedētia ⁊ excessa: ⁊ vtraqz a deo sit. Nam de medicina scriptū ē ecclesiastici. 38. Altissimus de terra creauit medicinā: ⁊ vir prudens nō abhorrebit eam. Et de iure seu legibus dr ꝓuerb. 8. per diuinā sapiētiam: per me legū cōditores iusta decernunt: ⁊ vtraqz est satis necessaria hōib⁹. Medicina ad sanationē corporū: iura ad pacificū hoīum victum: vt dr di. 3. §. facte sūt leges ⁊ vtriusqz pitus multū ab hōibus honorer. Un dr ecclesiastici. 38 de medico disciplina. i. doctrina ⁊ experimentū eius p eā exaltabit caput illi⁹: ⁊ in cōspectu magnatoꝝ collaudabit. Et de iure quo exercet iusticia hētur sapientie. 8. p hanc hēbo claritatē ad turbas. i. iusticiā legis seruatā ⁊ honorē apud seniores: iō debēt iurispiti ⁊ medici seruare illud apli honore inuicem pueniētes. Ro. 12. ⁊ ñ alter alteꝝ cōtēnere: ⁊ deridere iurispiti appellātes medicos obstetrices: ⁊ medici iurispitos nūcupantes boues ⁊ asinos tāqz grossā scientiā eoꝝ reputātes. Scientia āt iuris positiui cū diuidatur in canonicū ⁊ ciuile: nulli dubiū scientiā canonū digniorē ⁊ vtiliorē eē scientia iuris ciuilis. Un ⁊ ipator dicit q sacre leges ñ dedignant seq sacros canones qō et firmat gratian⁹: di. 10. p totū. oñdēs q vbi leges sint ꝺtie sacris canonib⁹ nulli⁹ sunt momēti. Jus canonicū pncipalius respicit ⁊ dirigit spualia: ius āt ciuile tpalia respicit ⁊ dirigit:

Queritur vtrū magistri scholarum possint scholarib⁹ collectā iponere vel exigere: vt p festo

ℙ magr scolarū. alū possit exigere pecuniā p festo celebri do. alū nō.

celebrando vel non celebrando pecuniam exigit. Rñdeo ꝺm hosti. si magistro est ānexū sufficiens beneficiū: vt prebenda aliqua vel sufficiens salariuꝫ publicū nō lꝫ ei exigere: alias simoniam cōmitteret: qꝛ venderet obsequiuꝫ ſpuale: qꝺ ex officio suo tenetur facere: ex quo ei prouidetur extra de simo. c. nemo. i. q. ꝫ. vendentes. ꝛ c. nō solū. sed tñ ſponte oblata recipere pōt. i. q. ꝫ sicut eꝝm. Si vero nō sit ānexum tale beneficiū vel salariū: aut si nō sufficiat ei ad cōpetentē victum: potest accipere collectā ꝑ laboribus ar. iz. q. i. c. charitatē. Et videtur hoſt. īuenire: q nō solū ab exneis ſz ēt a clericis eccleſie poſſit exigē ñ tñ ꝺz exigē a paupe: cū ipe poti⁹ ꝺbeat paupta ti ſubuenire. Sed ꝛ talis exactio ꝺm gulielmuꝫ nō debet eſſe coactoria: vt q nisi ſoluant: expellat eos de ſcholis: aut q accipiat libꝛos vel res eoꝝ: ſed potius inopiā ſuam eis exponēdo. Hec oīa intelligenda ſunt: ſi magiſter est ſufficiens: q ſi inſufficiens est: ꝛ officiū docendi aſſumit: nō ē ei prouidendū ex debito: ſed culpe ſue imputet ff. ad. l. aquiliam. idē iuris. Si vero ſufficiens est ꝛ nō hꝫ ꝓuiſionē: ēt ſi diues est: poteſt a diuitib⁹ licite accipere: qꝛ non tenetur eis gratis ſeruire. Satis concoꝛdat inno. ray. ꝛ guil. Jſtā ēt materiam diffuſe tractat glo. ſuper. c. de quibuſdā di. 37. ꝛ p⁹. multa ar. ꝑ ꝛ ꝺtra. Demū ꝺcludit Jo. q tūc magiſter faciet collectam: cū ei ſua plēiſſime non ſufficiunt vt. io. q. ꝫ. priſcis ꝛ. iz. q. z. eꝝus. Et ſubdit bar. brixien. Ego credo quicquid dicat io. q magiſter facere collectā pōt procurari ſibi ēt ſi abūdet: quia ꝛ eps cum viſitat eccl'am vl' ſecrat: recipit procurationem: ēt ſi abūdet vt de cen. c. cū apoſtol⁹. ꝛ. c. ſopite. Nec hoc est vēdere ſcientiam q̄ vendi nō pōt: cū ſit res ſpualis: ſed ꝑ laboꝛe ſuo ꝓmittitur ſibi ꝓmiū ſeu ſalariū: hoc ē. n. locare opaꝫ ſiē ēt lꝫ aduocato exigē ſtipēdiū ꝑ pꝛocio ſuo: iuriſcōſulto ꝑ cōſilio ſuo vt dic̄ aug. iz. q. ꝫ. ñ lꝫ. Et ꝓdicatoꝛ ñ ꝺr vēdē ꝓdicationē ſuā ꝛ tñ petere poteſt ſuſtentationē ſuam. Hec omnia intelligenda ſunt: cū magiſtro non ē aliter ꝑ uiſū de prebenda vel de ſufficiēti ſalario ꝑ labore ſuo. Nā ſi prouiſū eſſet ſufficienter: tunc exigendo reputaretur ſimoniacū: ꝛ hoc cōiter tenetur. Jtē nota q ū magiſter feſtū alicuius ſancti qꝺ de ſe colendum est: non vult cōcedere ad celebrandū niſi data ſibi pecunia ꝺm rai. ſimoniaꝫ cōmittit: qꝛ vendit qꝺ ſpuale est: ad qꝺ tenetur: ꝛ eo modo ſi feſtum non colendū ipſe vult feſtare: nec vult legere niſi data ſibi pecunia: vt. i. q. ꝫ. vendentes.

De licētia docendi vtruꝫ poſſit aliquid exigi pꝛo ea vel ſolui: aut etiam pꝛo lnīa eundi ad ſtudium: aut etiam pꝛo ſubſtituendo alium in locum ſui in docendo: ꝛ videtur q nō.

Nā hoc exp̄ſſe dicit titulus de magiſtris: ꝛ. c. i. hoc expꝛeſſe ꝓhibet: ne pꝛo lnīa docēdi aliqd exigatur. quinīmo. i. c. pꝛohibeas. eo. ti. mandat ſolutū pꝛo tali lnīa debere reſtitui: ꝛ promiſſuꝫ remitti. Quātus enim in hoc non cōmittatur ſimonia: qꝛ non venditur ſpuale vel ſpuali ānexū ibi tñ est vicium cōcuſſionis. Circa huius materie declarationem diſtinguendum vī de licentia docendi: qꝛ dupliciter ſumitur. Uno mō in ſpali ꝑ ipſa actualitate docendi: puta cuꝫ conducitur quis ab aliqua vniuerſitate ad legendū ī aliqua facultate: vel ad hoc beneficium ſeu ꝑbendaꝫ recipit vel ex ſe: tñ ante inchoationē lecture opoꝛtꝫ accipere lnīam a rectoꝛe illius vniuerſitatis vel cancellario: vel alijs ex ſtatuto vel conſuetudie loci. Et ꝑ tali lnīa ꝓhibetur aliquid exigi vel recipi. Et de hoc videtur intelligendum qꝺ ꝺr. e. ti. c. i. vꝫ. ꝑ lnīa docendi nullus ꝑcium exigat: vl' ſub obtentu alicuius cōſuetudinis ab eis qui docent aliquid q̄rat: nec docere quēq̄ qui ſit idoneus petita lnīa interdicat: ꝛ taliter exactum mādatur reſtitui in. c. ſequēti eo. ti. Et ad ho facit: qꝺ notat Jo. an. ſuper. c. quanto: vbi dicit: q illud fuit ipetratum. ſ. q nō exigatur aliquid a docente cōtra cancellariū pariſienſem: g a quolibet docēte vnam marcham exigebat. vinc. Alio mō poteſt intelligi lnīa docendi ipſa dignitas magiſterij: q̄ datur facultas alicui in generali: vt poſſit legere publice interpꝛetari ꝛ gloſare. Et hoc qꝺ fit ī doctoꝛatione alicuius in aliqua facultate: ꝛ ꝑ tali licentia docendi aliquid accipere vel exigere nō videtur ꝓhibitū: qꝛ per dictuꝫ. c. cōſuetudo: que est optima legum interpꝛes. vbiq habeat cōtrarium. Nam in doctoꝛatione alicuius qui ē cancellarius exigit ꝛ recipit octo flozenos vel pluꝛes: ꝛ exāinatoꝛes pꝛeſentes duos flozenos: nec aliter doctoꝛaretur: niſi illa ſolueret: nec adhuc legi repꝛehendentē talem exactionem. Et poteſt eſſe rōne diuerſitatis: qꝛ ꝑ iſta licentia generali ſeu doctoꝛatione lꝫ exigere ꝛ non pꝛo ꝓma: qꝛ iſta non oꝛdinatur ad actualitatem legendi. Unde ſcientia cōicatur: ſed ad quādam dignitatem in cuius collatione. ſ. magiſterij ꝛ talis lnīe ponitur ſpatium tempoꝛis: pꝛo quo alijs tunc illi non pñt vacare: ꝛ exercitiuꝫ laboꝛis: qꝛ pꝛeſentes habent ſtudere pꝛo arguendo: ꝛ qui confert gradū vel dare lnīam: hꝫ ſermocinare: ꝛ ratione officij: vt qꝛ cancellarius poteſt habere laboꝛare ꝑ directione vniuerſitatis ꝛ defenſione. Et ſic ſit in ſūptus officij non in moduꝫ pꝛecij. Sed pꝛima lnīa oꝛdinatur ad cōicationem ipſius ſcientie: ꝛ nullus ibi laboꝛ vel exercitium vel tps ponitur. Si autem diſtinctio iſta non placet: ſed ſub lnīa docendi intelligatur ꝛ ſpalis ꝛ generalis: que datur in doctoꝛatu: tunc oportet dicere: vel iſta. c. illius titu. eſſe abrogata per contrarium conſuetudinem vbiq ſeruatam: quam ꝛ timoꝛati viri ſecuti ſunt: vel q vbiq coꝛꝛuptela est: ꝛ trāſgreſſio illoꝝ canonum: quod duruꝫ est: tantā multitudinem condēnare. Nec tamen eo caſu vertetur turpitudo ex parte ſoluēt] has quotas lnīanti ꝛ examinantibus: quia ex quo idoneus est ad

ꝑ hic nota docendi pī ad rempe. ſ. alī nō ꝺz rempe.

legendū:redimit vexationez suā ex̄ de simonia c.dilectus.fm gof.t hosti. Et qui interest exa/minatiōi:recipit quasi pro laboze suo.iz.q.z.cha ritatem

Nota quod car.flo.tra

ctans istā materiaz inducit aliquos doctozes di centes illicitā dationem talē t simoniacā vl̄ tur pe lucrum:qō tñ ipe non tenet: sed licitā asserit rōne laboris:t allegat Pet.de anchona hoc te/nentē. Item nota q̄ si p̄latus nō vult dare lnīaz alicui clerico eundi ad studiū:nisi data sibi pecu nia fm aliquos simōia est. nā ipa lnīa spualis ē: t spuali cōpetit ptāti: de simonia tua nos.sed fz inno.nō est simonia sed turpe lucrū.nam indu/xit ius:qz forte non hēbat:t cōtradicit ei:qō no tat.e.ti.c.penul.hec. Jo.an. Itē nō q̄ si ille q ha bet ptātem cōcedendi lnīam docendi:vult lege re in persona ꝑpa:non potest alteri licentiā ōne gare:vel eum ipedire:ēt si ipe sit valde idoneus fm hosti. Et rō est:qz hoc est in p̄eiudiciū audi/toꝛum:cū sepe quis hēat gr̄am discendi ab vno t nō ab alio. Unū t quintilianus ait. Sciētia coa lescere nequit:nisi sociata fuerit tradentis accipi entisq̄ concoꝛdia. Item cū queritur:vtrum ali/quis obtenta lnīa regendi velit aliū substituere sibi:nūquid a substituto potest recipere expensas quas fecit in conuiuijs t bi⁹. Rñdet Gulielmus q̄,si est consuetudo loci:q̄ possit aliuz substitue re:tunc ab illo potest recipere expēsas factas q̄si loco interesse:dū tamen ille doceat nomine eius Si āt totum ius suum transfert in substitutuz: ñ oz aliquid recipere ēt pro interesse:nec potest ēt in primo casu paciscī cuz substituto de certa poꝛ tione emoluments recipiendi:t multo minus in 2° casu.

De monachis vel mē/

dicantibus fratribus mgr̄andis t clericis docē/tibus vel studentibus in theologia vel etiā alijs scientiis:quibus emunitatibus gaudeāt. Et p̄ri/mo queritur:vtrum monach⁹ vel de oꝛdine mē dicantium possit t debeat in magistruz assumi. Et videtur q̄ non:qz vocem plangentis hz non docentis secunduz hieronymū.i6.q.i.monach⁹. Sed contra idez hieronymus dicit. Multo tpe disce qō postea alios doceas.i6.q.i.sic viue. Itē si religiosus idoneus est pre ceteris:qz eminentis scientie t sanctissime vite:nunquid non est meli us talem in cathedra ponere:q̄z minus honestū non ita litteratum clericum secularem:t maxīe cum tales communiter gratis doceāt:t ex hoc releuentur ecclesie.. Respondet aluarus in li.ō plāctu ecclesie. Si talis se ingerat:sicut cōmuni/ter hodie faciunt predicatoꝛes t minoꝛes t alij mendicantes:t nedum hoc in oꝛdine p̄ocuran tes:sed per seculares potentes p̄elatos t cardīa les ecclesie hoc magisterium p̄ocurantes repel lat:vt indignus t ambitiosus.i.q.6.sicut.t.8.q.i. in scripturis.aut a suo supioꝛi mittit̄:t ab illo ad quem pertinet lnīa t. Et sic est admittendus :vt i6.q.i.moderamine .t.c.sunt nōnulli.dū tamen abstineant a scientijs p̄ohibitis:de quib⁹ sciētijs s.legib⁹ t phȳsica vt est medicina: alias hoc eis concessuz videtur:extra de p̄esump.c.nōne.ma xime in theologia:ad quā omnes indistincte ad mittendi sunt tam seculares q̄z religiosi:hoc etiā requirit salus aīarum t publica vtilitas:que p̄e ferenda ē p̄uate. Et in hoc oꝛ obedire monach⁹ abbati:t similiter religio suo supeꝛioꝛi:nisi esset multū ineptus t ignoꝛās fm hosti. Et subdit idez aluarus. Ego nunq̄z vidi aut audiui in aliquo oꝛ dine iniunctā alicui religioso talem obedientiaz veram per p̄latū. Nam non cum obedientia sed extoꝛta t p̄ocurata t frequenter empta licentia currunt quidam religiosi cum loculis suis p ma gisterio t lectoꝛatu:tanta est ambitio quoꝛūdaz tota die. Ad dictum hieronymi supra positū po test responderi:q̄ monachus in quātum mona/chus:idest fm illum statum p̄ecise non hz doce re sed lugere. Sed si ad altioꝛem statum voca/tus fuerit:vt ad regendum vel legendum:tūc hz etiam docere. Item nō q̄ in.c.super specula.e.ti. statuitur:q̄ docentes in theologica facultate:dū in scholis docuerint:t similiter studentes in theo logia:dum in scholis studuerint per annos qnq̄ recipiunt integre p̄ouentus p̄obendaruz t suo rum beneficioꝛum:non obstante quacūq̄z con/suetudine vel statuto in contrarium. Et nō q̄ lo quitur tñ de doc.t studentibus ī theologia. Et hoc intelligendum in studio generali non specia li alicuius ville vel castri:t de licentia p̄elatoꝛū suoꝝ:ex̄ de cle.ñ resi.c.tue.t.c.relatum. Itez epi possunt dispensare:q̄ qui obtinent ecclesias pa rochiales insistendo studio:nec fit distinctio ma gis de theologia q̄z ō alijs scientijs:nō teneāt̄ p̄moueri ultra ānū nisi ad subdiaconatū: ad quē nisi sint p̄moti infra dictū tp̄s:sūt p̄iuati. Ad sa cerdotium autē non tenētur p̄omoueri vsq̄z ad septēniū:t interī,puideatur ecclesie per vicariuz t elapso septēnio si p̄mo ānо ñ faciet se ad sacer/dotiū p̄moueri:ipa eccl̄ia p̄uatur:ex̄ ō elec.c.cū ex eo.li.6. Audire tñ leges ī scholis vl̄ medicinā ñ solū religioso:vt dictū ē:sed ēt t sacerdotibus secularib⁹ t aliis bñtibus eccl̄iasticas dignitates p̄hibitū est sub pena excōicationis:de qua vide ultra ī ti.de excōicatiōe. Item in.c.sup specula.de magr̄is dō:q̄ p̄lati t capi.debēt aliquos habiles mittere ad studiū theologie:q̄ p⁹modū valeant alios erudire:qb⁹ si ꝑ p̄ij obuēt⁹ eccl̄ie nō suffici unt:ipi p̄lati t capl̄a necessaria mīstrabunt. Et fz ino.ñ solū epi:sed ēt iferiozes p̄lati p̄ñt dare talē lnīaz eūdi ad studiū seu ad scholas. Oꝛ si epūs vl̄ alij p̄lati malitiose differāt dare talē lnīam:pote rit fm hosti.peti a supioꝛi. Itē religiosus q acce/dit ad studia fin̄ lnīa sui p̄lati t maioꝛis p̄l capli ē excōicat⁹:t doctoꝛ q docet tales sciēter ī schol̄ vl̄ q temē dimiserūt bītū religiōis:vl̄ religiosos

Religiosos de ordine mēdicantiū nō h3 magistruꝝ nisi docere in eo ad q̄ a suo superiore.

Religiosi q̄ vadūt ad studiū sine lnīa superioꝝ. et doctoꝝ q̄ docet tales. et q̄ temē dimittūt habitū religionis. sine cpōrem.

ꝛ clericos: quib⁹ ē ꝓhibitum: vt dictū ē leges vel phylicam. i. medicinam: est excōicatus extra ne cle. vel mo. vt periculosa libro. 6.

De opiniōibus contra

rijs magꝝorum: vtrum auditores diuersorum magistrorum tenentiū diuersas opiniones excusentur a peccato: si opiniones suoꝝ tenēt: qñ nō sūt bone. Rñdet. b. tho. in quodlibꝫ. Si diuerse opiniones doctorū sacre scipture nō sunt ꝓtra fidez vel bonos mores: absqꝫ periculo auditores vtranqꝫ opinionem sequi pñt. Sicut varia fuit opinio ūter augu. ꝛ hieronymū de obseruatione legaliuꝫ ãte diuulgationem euangelij: ꝛ ō simulatiōe petri circa illa legalia ꝛ huiusmodi: habet locū: qō ait apl's ro. 14. Unusquisqꝫ in suo sensu abundet. Jn ill' vero que pertinent ad fidez vel bonos mores: null⁹ excusatur: si sequatur erroneam opinionem magri alicuius. Jn talib⁹ enim ignorantia nō excusat: alioquī imunes a peccato fuissēt: qui secuti sūt opiones arrij ꝛ nestorij ꝛ aliorum hereſiarcharuꝫ. Nec pñt excusationē habere per simplicitatem: si in talibus opinionib⁹ opinionē erroneam sequātur. Jn talibus enim dubijs non est ō facili prestandus assēsus: sed potius vt dicit aug. i. z. ō doctrina xp̄iana ꝓsulē qs dz rīam fidei: quā de scripturarum planioribus locis ꝛ eccle auctoritate percepit. Qui enī assētit opinioni alicuius magri ꝓtra manifestum scripture testimoniū siue cōtra id qō publice tenetur ſm ecclesie auctoritatē: nō potest a vitio erroris excusari. Concor. monal. guiel. ꝛ vulgr. ꝛ hosti. Aliqua sunt: que aliqñ fuerunt in varia opiniōe doctoꝝ: anteqꝫ per ecclesiā fieret determinatio: ꝛ ꝑ illo tpe potuerunt excusari: qui vnā vel contrariam tenebant. Sed postqꝫ determinatū est p ecclesiam ꝛ firmata altera earum hereticū esset contrariū sentire. Exēplum de pauptate xp̄i ante Jo. zz. erant varie ꝛ contrarie opiniones: vtrum xp̄s cū apostolis habuerit aliquid in cōi mobilium. Sed determinatū fuit per ipsum io. zz. imo per ecclesiā q̄ habuit: vt ꝑ ioban. 4. ꝛ. z. q. ꝛ habebat dñs loculos ꝛ exemplū: ita q̄ qui contrarium assereret ꝑtinaciter: hereticus haberetur. Non ergo excusātur simplices muliercule: que docentur ꝛ nutriuntur in illo errore ab heretic⁹ seu fraticellis de opinione: qn dānationem aīe ī currant. Et addit hosti. q̄ cū sint diuersa iura ꝛ opiniones. ſ. nō cōtra dñz vel bonos mores: humanior ſnīa est preferenda. ſ. ceteris paribus ex de transac. c. fi. alias standū est ei: que meliori innitur rōni. di. zo. §. i. ꝛ ex de ferijs. c. capellanus. Adde ēt: q̄ in his que concernunt forū cōsciētie in dubijs tutior via est eligenda extra de spon. c iuuenis. nec tamen de facili contraria opinio cō demnanda.

De vicijs. que reperi/

untur vltra cōia specialiter ī doctoribus ꝛ scholaribus: ꝛ de superbia interiori ꝛ lasciuia ꝛ īmo/destia exteriori dictū est supra in primi. §. quatuor. Ponit ēt aluarus in li. de planc. ecclesie plures alios. Et primo quidē qz cum sint indocti ꝛ minus sufficientes: faciunt se ꝑ preces ꝛ alia munuscula promoueri in magistros extra de magistris. c. q̄to. Et cū vocantur ad examen alioꝝ admittunt ineptos ꝛ ignorantes ad magisteriū. Secundo qz despiciunt sufficientes subditos cathedrari zelo inuidie ducti: ꝛ iactantia pleni alios cōtēnunt: ꝛ eoꝝ dicta irrōnabiliter reprobāt contra illud ambrosij. Ueritatis ea rīa est: vt nil facias cōmendandi tui cā: quo minor alius fiat neqꝫ si quid habeas id ad deformationē alteri⁹ ꝛ vituperationē exerceas. ii. q. z. siquis. Dic ꝛ gregō. Habet hoc ꝓpꝫ doctrina arrogantiū: vt humiliter nesciant inferre qō docent: di. 46. c. i.

Tertio qz despiciūt simplices qui magis norunt vicia morum vitare q̄ verboꝝ cōtra illud aug. di. 38. sedulo. Quarto qz docent inutilia vana ꝛ aliquando fa̅: qō periculosissimū ē ī doctrina fidei ꝛ morum: qō precipue pertinet ad magistros in theologia: hi sūt fontes sine aqua: ꝛ nebule turbinibus agitate: quibus caligo tenebrarum reseruatur: vt scribitur iudicū ꝑmo. c. quos figuratos in balaam asina. i. simplices arguūt. z. q 7. secuti sunt. Quinto qz sunt canes muti non valētes latrare: vt inuehitur cōtra eos isaias. 56 c. Uidentes vicia populoꝝ ꝛ dñorum: ne displiceant eis: tacent cum arguere deberent saltez secreto: qō aliquando ēt omittunt: qz sunt ipsi silī bus inuoluti. z. q. 7. in grauib⁹. ꝛ in. 4. sent. dicūt doct. q̄ peccat mortaliter leḡs publice in theologia: si est permanens in notorio mortali. 6° cum retinent in scholis suis excōicatos: vel non reprehendūt scholares discolos ꝛ turpitudines publice exercentes: oz enim cum scientia mores ꝑimere. 7° cum ex auaricia exigunt salariati sufficienter vltra debitum: vel pauperes docere nolunt nisi cum pecunia: vt ꝓ festinando vel nō festinando pecuniam volunt: vel omittunt legere: cum debēt alijs vacantes vel minus diligēter faciunt. 8° cum conantur dicere subtilia ñ vtilia: vt videātur ab hōibus: ꝛ vocētur rabi: qō p̄cipue in magistris theologie reprehensibile est Et p̄cipue ī hoc offendūt: inquit prefatus aluar⁹ magistri parisien. ꝛ in anglia ꝛ in oxoīa tam secularis q̄ religiosi tā ꝑdicatoꝝ q̄ minoꝝ: ꝛ alij quoꝝ aliquorum arrogantia inexplicabilis est: in quoꝝ scholis non prophete non moysi lex sācta: nō xp̄s sapientia p̄ris: nō euangeliū sanctū: nō doctrina apl'oꝝ: non sanctoꝝ doctoꝝ audiuntur: sz reboat philosoph⁹ idolatra ꝛ cōmentator eius dē cū ceteris liberaliū artium pedagogis: adeo q̄ ī scholis theologie ñ ſmo sacer: sz phīa legat̄. imo nec iā text⁹ ſnīarum legūt lectores ī scholis ꝛ baccalarij: sed ad qōnes ꝓperāt curiosas: vt ad ſram ñ appareāt: non existant cōtra canones. 37. di. c. i. contra quos dicit hieronymus di. eadem

Nõne hinc ꝛ apostol' doctor seraphius ad collos. z. ait. Uidete ne quis vos decipiat per philosophiam ꝛ inanem fallaciam ſm traditionẽ hominum ſcõm elementa mũdi ꝛ non ſcõm xp̃m. De iſtis magiſtris quor totũ ſtudiũ eſt legere ꝛ diſputare: ꝛ cõmenta curioſa facere: de penitentia nõ curare: carnaliter viuere: ꝛ honores appetere: loquitur Greg. di. 49. hinc etenim dicens. Lipp' eſt: cuius qdem ingeniũ ad cognitionẽ veritatis emicat: ſed tamen hũc carnalia opera obſcurant q quidem luppus reprobat a deo in miniſterio ſuo in veteri teſtõ.

De uiciis ſcholarium

ponit aluarus hec iter alia in eis reperiri. Primo qdem qr aliqñ volunt eſſe ſupra magiſtros ſuos impugnantes eorũ dicta cuꝫ quadam proteruia magis q̃ ex ratione: cum tamen dicat luc. 6. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. 6. q. i. ſacerdotes. 2° qr nolunt fieri magiſtri: qui diſcipuli legitimi nõ fuerunt. 37. di. relatuꝫ. 3° vadũt ad ſcholas: ꝛ diſcere negligunt: vel contẽnũt: nec ſtudio vacant: ꝛ talis magis mẽbrum diaboli q̃ xp̃i eſt: di. 36. nullus. Et tales qui vadũt ad ſtudium: ꝛ non ſtudent: non videntur cũ tuta cõſciẽtia gaudere priuilegio fructuũ beneficior in ſtudio extra de magiſtris. ca. i. Et ſi recipiunt: tenentur ad reſtitutionẽ: qr fraudulenter eos recipiũt: qõ ſatis apparet ex eo qõ. dr. c. ſi. 4° qr frequẽter diſcũt ea: q̃ melius eſſet neſcire q̃ ſcire: di. 38. q̃uis vt ſcientias ꝓhibitas ꝛ amatoria verba ꝛ ſupſtitiones. 5° qr in obſcuris ad ſeipſos recurrunt: dimiſſa ſcriptura vel canonica ſcientia: quam neſciunt: ꝛ ideo magiſtri errorꝫ fiunt. Erubeſcent enĩ ab alijs inquirere qõ per ſe neſciunt: quod ẽ ſtultũ: di. zz. de cõſtantinopolitane. 6° defraudant magiſtros ſalarijs debitis: cũ ſoluere valeant. Unde ad reſtitutionem tenẽtur: qr eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruientẽ eccleſiaſtica oꝫ remuneratione gaudere: ait Grego. iz. q. z. 7° qr habent in ſe malas ꝛ turpes ſocietates aſſotiantes alter alterũ ad mala. Et cũ iacẽt' ĩ ſcholis: turpitudines aliquando operantur: ſup quo magiſtri eor debent puidere ꝛ obuiare q̃tum poſſũt vt diciũ eſt ſupra di. 83. erroꝫ. 8° qr ſunt inobediẽtes magiſtris ꝛ rectoribuſ vniuerſitatũ ꝛ trãſgrediuntur aliqñ ſtatuta: que iurãt ſeruare: ꝛ aliqñ cõtendũt: ꝛ reſiſtunt eis: qui ꝛ verberibus virgarum ſubijciendi ſunt: qui modus coertiõis ꝛ a magiſtris artiũ liberalium ꝛ ab ipſis pentib' circa clericos exhibere: exemplũ ó rapto. c. in archiẽpm. 9° in feſtiuitatib' nõ vadunt ad eccleſias ad audiendũ diuina officia ꝛ p̃dicatiões: ꝛ permaxime miſſã integram: ad quã oẽs xp̃iani tenẽtur de conſe. di. i. miſſas. ſed diſcurrũt per ciuitatem cũ ſocijs: vel intrant ad lectiones in ſcholis vel ſcribunt recollecta in domibus. Aut ſi ad eccleſias vadunt: non ob diuina: ſed ad videndum mulieres vel fabulãdũ contra illud de emu. eccleſiaſt. c. domum tuaꝫ. li. 6. 10. qr faciũt ſimultates ꝛ partialitates ꝛ cõbiblias in eligendo rectorem: vt ꝓcurando doctores cõduci non ſcõm vtilitatem ſcholarum: ſed ſcõm ſuas affectiões aliquando ad hec munerib' allecti ꝛ obſequijs: emulantes ꝓ ſuis magiſtris: ꝛ aliquando ſubtrahẽtes ſcholares ab alijs doctoribus: ꝛ perſuadentes ad ſuos accedere: non ꝓpter vtilitates ſcholariuꝫ. Et qũo iſti teneantur ad ſatiſfactiões habes in 2ª parte ti. z. ii° ſi ſunt clerici curati: ſed cum vadunt ad ſtudia: non dimittunt ĩ eccleſijs ſuis vicarios bonos ꝛ ſufficientes: per quos diligenter cura aiarum exerceatur extra de elec. cum eo. vel audiunt lectiones ſcientiarum ꝓhibitarum: vt legales ꝛ hi'. iz° cũ expenſas quas habẽt a parentibus vel eccleſijs ſuis expendunt in tabernis conuiuijs ludis ꝛ alijs ſuperfluitatibus: ꝛ ſic vacui reuertuntur ad ſuos ſine ſciẽtia conſcientia ꝛ pecunia: contra quos poteſt inuehi illud hieronymi. Non hieroſolymis fuiſſe: ſed bene vixiſſe laudabile eſt. iz. q. z. glia. ſic non pariſius vel bononie ſtuduiſſe: ſed diligẽter laudẽ meretur 13° qr debita contrahunt: ꝛ recedunt de ſtudio aliquando debitis nõ ſolutis: ꝓpter qõ excõicantur: ꝛ non curant: ſed abſolui nõ poſſunt de re. iur] peccatũ li. 6.

Reprehenſibilia circa ſtudium.

Reprehenſibilia circa

ſtudium. Umbertus in expoſitione regule beati augu. ponit eſſe iſta. Primo cum quis querit ſcire incõprehenſibilia: que nec per rationes philoſophicas nec per ſcripturas ſacras intelligi dare poſſũt: vt de myſterio trinitatis vel de ſacrãmẽto euchariſtie: vel de predeſtinatione vel ſciẽtia ſui vel alior contra illud ro. ii. c. O altitudo diuitiarum ſapientie ꝛ ſcientie dei: q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eius ꝛc. 2° inueſtigando q̃ ſunt ſupra capacitatẽ ſuam: ꝛ ſi in ſe intelligibilia vel ſpeculatiua: cum non ſit horum capax contra illud eccleſiaſt. 3. c. altiora te ne queſieris. 3° addiſcendo curioſa ꝛ ſubtilia ꝛ minus vtilia cõtra illud iſaie. 48. c. ego dñs docens te vtilia. 4° querendo ꝛ vacando nouis inuentiõibus dimittendo determinationem bonorum antiquorũ ſecundum illud apoſtoli. z. ad ti. 3. Erit tps: cũ ſanã doctrinã nõ ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent ad fabulas ãt conuertentur: de quorum numero erãt athenienſes: qui ad nil aliud vacabãt: niſi vt aliquid noui diſcerent vel audirent actuum. 17. c.

5° ĩ pluribus facultatibus ſtudendo modo in philoſophia: modo in medicina: modo in theologia: modo in iure ſtudendo: ꝛ in nullo proficiunt ſm illud. z. ad ti. ſemper diſcentes: ꝛ nũq̃ ad veritatis ſcientiam peruenientes. 6° nil memorie cõmendantes: ſed omnia curſim legentes: ꝛ

quasi sine intellectu vel ita cõfidentes de sua memoria: vt nil notent in scriptis: contra illud luc. 2. Maria cõseruabat oia verba hec. s. dicta ō filio conferens in coꝛde suo: vt postea euãgelistis narraret: que scripture cõmẽdarent. 7° non audiẽdo ab alijs cũ possint: nec cõferendo cũ alijs: nec interrogando de dubijs contra illud ꝓuerbioꝝ i. Audiens sapiens sapientioꝛ erit: ⁊ xp̃s inuẽtus est in medio doctoꝝ: audientẽ illos ⁊ interrogãtem illos luc. 2. 8° nimis applicando mentem ad aliqua intelligenda: ita vt alia dimittat cõtra illud eccleſiasti. 3. c. que tibi p̃cepit de⁹. cogita sp. 9° debitum finẽ sui studij sibi non p̃stituendo puta bonoꝛẽ dei: salutẽ ꝓximi edificationem sui: vel saltem ex lucro suo tpali conductus ad legẽdum: vel aduocãs vel medicans: vnde se ⁊ famiſiam sustentet. 10. non exequendo ⁊ operando ⁊ bonum qō cognoscit: ꝓpter qō dr̃ Jaco. 4. Scienti bonum ⁊ non facienti peccatum est illi.

Titulus. 6. de statu aduocatoꝝ ⁊ procuratoꝛum c. i. per modum sermonis.

Postula a meet

p dabo tibi gentes hereditatẽ tuam ⁊ possessionẽ tuam terminos terre. psal. 2. Loquitur hic ꝓphẽta ꝑm expositionẽ p̃pam ſralez in persona patris oipotẽtis eterni ⁊ vniuersalis iudicis: ad ſtium eius incarnatum: qui factus est in quantũ homo aduocatus noster. aduocatus. n. ⁊ postulatoꝛ dr̃: ⁊ aduocare i iure dr̃ postulare. Unde. i. io. 2. c. dr̃. Aduocatum habemus apud p̃rem Jesum xp̃m. Et apostolus ro. 8. qui ẽt interpellat ꝓ nobis. s. reis absoluendis: qñ in cruce dixit: pater ignoſce illis ⁊c̃. luc. 22. Et exauditus est ꝓ sua reuerẽtia: vt dr̃ ad hebꝛeos. 5. c. Postulauit gentes. i. gentiles dari sibi in hereditatẽ. i. peruersionẽ in populuz suum: ⁊ terminos terre in possessionẽ. i. eos qui habitant in fine mũdi vt possideantur ab eo ꝓ fidez vel indeos qui erunt in fine cõuertẽdos. Quod impletũ est quo ad p̃mum: vnde canit ecclesia in ꝑsona xp̃i. Postulauit p̃rem meũ: ⁊ dedit mihi gẽtem in hereditatẽ. Moraliter aũt potest adaptari: ad aduocatos quoꝝ officiũ est postulari iudici in cauſis: sed imitari debẽt xp̃m aduocatũ iustũ: qui iuste postulans fuit exauditus clientulus suꝰ. s. hõ liberatus ⁊ ipse exaltatus ⁊ glorioſus. Unõ dicit lex: q aduocati qui glorioſe vocis munere lapſa erigunt: fatigata reparant: nec minus hũano generi ꝓsidẽt: q̃ſ si clypeis ⁊ thoꝛacis ſese patriam pleroſq defendent. Potest ergo iudex dicere ei. Postula a me. s. iuste aduocando vt xp̃s ⁊ ego dabo tibi ⁊c̃. vbi tria. Exercitatio aduocatoꝝ: ibi postula a me. Collatio postulatoꝛũ ibi dabo tibi. Expreſſatio petendoꝝ: ibi gentes ⁊c̃. Quantũ ad p̃mum vt dictũ est: exercitium ⁊ officium aduocatoꝝ est postulare: vnde dicit postula: sed tunc iudex debet eum exaudire: ⁊ dare qõ postulat: qñ iuſta ⁊ iuste postulat. Petitis ⁊ ñ accipitis: eo q male petatis: dicit iacob⁹. 4. c. De quib⁹ malis aduocatis dicit ſydoꝛ⁹. Di ſunt in exaltationibus arpie: in collocutionib⁹ ſtatue: in cõnibus beſtie: ad intelligenduz ſaxei: ad iudicandum lignei: ad ſuccedendũ flammei: ad ignoſcẽdũ ferrei: ad amicitias pardi: ad facetias vrſi: ad fallendũ vulpes: ad ſuperbiendum tauri ad conſumendum minotauri: qui cauſas mozentur: adijciũt ꝓpediũt: ꝓtermiſſi faſtidiũt: admõniti obliuiſcuntur: locupletati lites emunt: vendũt interceſſiones arbitros deputant: iudicanda dictant: dictata conuellunt: attrahunt litigaturos: ꝓtrahunt audiendos: trahunt addictos: retrahunt tranſigentes: quoꝝ nares ſi afflauerit quiſpiã: rubiginoſi aura marſupij cõfeſtĩ videbit illic ⁊ oculos argi: ⁊ manus blatei: ⁊ ſphingium vngues: ⁊ periuria laomedõtis: ⁊ vlyxis argutias: ſimonis fallacias: fidem neſtoꝛis: pietatem pigmaleonis adhibet: hec ille. De aduocatis ergo tria attẽdenda ī postulationibus eoꝝ. Primo q̃ꝫ grauiter eis contingat peccare. Scõo q̃ꝫ cõgruiter eos deceat aduocare. Tertio qualiter ⁊ quid eos ꝓhibeat postulare. Quantũ ad p̃mũ sciendum: q valde grauiter peccat aduocatus: ſi male exercet artem ſuã. Nam vltra iniuſticiã mendacia ⁊ periuria ⁊ adulationes ⁊ detractiones ⁊ fraudes et odia: que ī cauſis cõmittit: et alios cõmittere facit vt clientulum: ⁊ alios damnificat vt ꝓximũ: ⁊ tenetur inde ad ſatiſfactionez. Ubi ſciendũ ꝫ thomã: ſcõa ſcõe. q. 71. ar. 3. q aduocat⁹ ſi aſſumit: ⁊ ſeu defendt cãm iniuſta: peccat grauiter. Illicitum ẽ. n. cooperari ad malefaciẽdum ſiue ꝓſulendo ſiue adiuuando: ſeu qualitercunq conſentiendo ro. i. Digni ſunt moꝛte: non ſolũ q faciunt: ſed qui conſentiunt facientibus. Et tenet talis aduocatus ad reſtitutionẽ dãni qõ contra iuſticiam altera pars per eius auxilium incurrit. Idem rai. addens exempla ꝓticularia. ſ. q ꝓ cauillationem ſuam abſtulit aduerſario iuſtã cãm: vel ſi ip̃m grauauit: ī petendo dilationem ſuperfluam: vel allegando falſum ⁊ contra conſciam: vel faciendo poſitionẽ cauilloſaz: vel inſtruẽdo falſum teſtem: vel inſtruendo clientulũ de negãdo veritatem ⁊ ſimilibus: tenetur ad intereſſe. Si autem ignoꝛanter iniuſtaz cãm defendit: putans iuſtã eẽ: tunc ꝫm thomã excuſatur: ꝫm modum quo ignoꝛantia poteſt excuſare. Si vero in ꝓncipio credebat cãm eſſe iuſtam: ⁊ in ꝓceſſu apparet iniuſta: non debet eam ꝓdere: vt. ſ. alteram partem ituet: vel ſecreta cauſe ſue reuelet alteri parti. debet autem cauſaz deſerere: vel eũ cuius cauſam agit ad cedenduz inducere: ſeu ad componendum ſine aduerſarij damno. hec tho. Quãdiu autem remanet cauſa dubia: bene põt aduocatus patrocinari ꝫm gulielmũ: q̃uis enim in bello dubio non liceat ei: qui non eſt ſubditus

ꝑ de aduocatis ⁊ ſuã attendenda.

ꝑ de aduocatis ⁊ ſuã attendenda.

bellando alterum iuuare:ponendo se discrimini non sic est in foro causaruꝫ. Ratio diuersitatis ē qꝛ in bello bellātes nituntur virtutibꝰ nō iure: sed in foro cāruꝫ litigantes nituntur iuribꝰ ꝛ sub iudice:qui causam examinat. Gulielmus. Item si aduocatus amittit iustam cām: quā fouet ꝓpt̄ suam ignorantiam:cum ſ. iactabat se scientem:ꝛ non erat ad sufficientiam: vltra peccatum tenet̄ ad satisfactōnem lesis ſm gulielmū. Si āt amisit iustam cām ꝓpter suam negligentiam ꝛ infidelitatem ſm Rai. tenetur etiam ad restitutionem seu satisfactionem damni. Et quia tales rarissime satisfaciunt:ꝛ peccatum non dimittitur :nisi restituatur ablatum. i 4.q.6.si res.qꝛ vt ibi dicitur:penitentia sine biꝫ non agitur. sed simulatur: ideo,ad inferna descendunt impenitentes. Unde ·cē· in senece tragedia legitur:ꝙ quidam vidit neronem apud inferos se balneantem:ꝛ circa eum aurum feruens ministros infundentes. Et cum videret turbam aduocatoꝝ ad se venientem:ingt Huc venale genus hominum. O aduocati amici mei accedite:vt mecū in hoc vase balneatis: adhuc supereſt locus in eo quem vobis reseruaui: ꝛ qꝛ in dilationibus ꝛ appellationibus indebit̄ frequenter offendūt in eo iusto dei iudicio puniuntur. Unde de quodam iniusto aduocato legitur:ꝙ cum infirmaretur ad mortem clamabat. Inducias inducias. Et qꝛ in causis superfluas postulauerat:sibi necessarias obtinere non potuit:sed moziens ad inferna descendit. Alius etiaꝫ aduocatus:cum a suis admoneretur de cōfessione:ꝛ super huiusmodi eū solicitarent:noluit: sed ait. Ego appello:ꝛ sic expirauit vadēs ad iudicē supernum:a quo appellari non potest. Quātū ad sc̄oꝫ ſ. de debito modo tenēdo per aduocatū Nota ꝙ debitus modus aduocandi: qui debet seruari ſm Rai. est talis:vt. ſ. non ꝓducat falsa instrumenta vel falsos testes seu corꝛuptos: nec mentiatur:nec inducat falsas leges aut quascūqꝫ ꝓbationes:nec querat in grauamē partis alterius superfluas dilationes ꝛ nō necessarias. Itez ꝙ si fideliter quantū iusticia permittit cām foueat:nil de contingentibus omittendo. 3.q.7. §. si quis autem. ꝛ. 4.q.4.c.i.ꝛ.z. Item non ꝓcaciter vel vociferādo:qꝛ per hec impeditur ꝓcessus. 5.q.4.c.in loco. Item dicit tho. zᵃ zᵉ.q.71.ar. 3.ad tertium:ꝙ aduocato defendenti iustaꝫ cāꝫ licitum est ꝓudenter occultare ea: qbus posset impediri ꝓcessus eius:non autez licet ei vti aliqua falsitate. In causa pauperum tenetur aduocatus,gratis ꝓstare patrocinium eo casu ꝛ modo quo tenentur omnes ad opera misericoꝛdie: vt dicit tho. zᵃ zᵉ q.71.ar.4.ad ꝓmū. Nullꝰ enim sufficit omnibus indigentibus opera misericoꝛdia impendere. Non ergo tenetur quis per mūdum querere indigentes:vel etiam futuris indigentijs hominum ꝓuidere:sed sufficit:ꝙ subueniat his qui sibi occurrūt:ꝛ in ꝓsenti tempore:ꝛ in casu quo non apparet in ꝓmptu: quomō ꝑaduocatꝰ · ut iustus sit · usq; ad finē · posset ei aliter subueniri:ꝛ tunc tenetur ꝺ eo qꝺ potest :ita etiam ꝙ potius magis coniunctis ꝓ uideat:ceteris paribus bis concurrentibus: tenetur aduocatus patrocinium ꝓstare:ꝛ gratis si illi non possunt soluere:alias non tenetur: tamē si faciat in iusta causa scilicet ꝛ gratis: laudabiliter agit:si ꝓpter deum facit. Item dicit Antonius de but. super. c. tua nos. de homicidio. Nō ꝙ si quis non est peritus ꝛ asserit se peritum:cōfulendo aliquando in causis:si aliquem ledit:scilicet ex malo consilio suo :credo in foro conscīe, gie teneri ad restitutionem damni:etiam si omnē adhibuit diligentiam :quam potuit:ꝛ contra cō scientiam fecit dummodo in hoc errauit. Item si non adhibet omnem diligentiam quam pōt licet sit peritus:vt si ex pigritia non bene studeat dare consilium:est obligatus in foro conscientie:si ex defectu consilij leditur aliquis. Dicitur autem adhibere omnem diligentiam:cum adhibet sufficientem ꝛ congruam diligentiam secundum traditionem artis illius. hec ille. Quantum ad tertium:qui scilicet ꝓhibeantur ab aduocādo. Nota ꝙ aduocati esse non possūt infrascripte persone secūdum Ray. Primo quidem heretici pagani ꝛ excommunicati. 4.q.i.c.i. ꝛ ꝺ pe. di.i.nemo. vbi habꝫ:ꝙ peccat iudex:ꝛ puniri debet:qui admittit tales scienter. Itez monachi vl religiosi:nisi ꝓ monasterio suo ꝛ de mandato sui ꝓlati aduocare non possūt. 16.q.1.monachi. Item clericis in sacris constitutis vel etiam i minoꝛibus:sed beneficiatis ē ꝓhibita aduocatio coꝝ iudice seculari nisi in causa ꝓpria vl eccle, sia sua vel ꝓ coniunctis vel miserabilibꝰ personis:extra de postu. c.clerici. Sed an coꝝ eccle siastico iudice possint aduocare satis videtur ꝙ sic per dictuꝫ c.clerici. exceptis episcopis ꝛ sacerdotibus:quibus est simpliciter interdictum: nisi in causa ꝓpria ecclesie sue:vel ꝓ coniūctis vl miserabilibus personis di.88.perlatuꝫ. dummō per hoc diuinum officium nō impediatur:ar. di. 91.clericus. Item in illa causa in qua quis est iudex vel assessoꝛ:in eadem non potest esse aduocatus:qꝛ duo officia in eadem causa ꝓhibēt exercere:extra de postu. cū sacerdotis. ꝛ. 4.q.4 c.i.ꝛ.z. Item alie persone ꝓhibentur ab aduocatione per canones:vt surdus mutus cecus furiosus impubes vsqꝫ ad.18.annum :senatu motꝰ seruus vir passus muliebꝛia scilicet contra naturam. Item damnatus capitali vel calumnia publici iudicij. Item qui operas suas locauit:vt pugnaret cū bestia in arena. Hec omnia. 7.q.3.tua. Et nota ꝙ clericus beneficiatus in diuersis ecclesijs non potest ꝓstare patrocinium vni contra aliam secūdum ber. Si tamen esset ꝓlatus in vna illarum:posset contra aliam ratione ꝓlationis. Et idez Inno. addens: ꝙ si necessario officio vtatur:potest ad similitudinem tutoꝛis. ff. de postu. l. ꝓtoꝛ. Itez ꝛ ꝓ ꝓioꝛi ecclesia pōt agere contra secundam:ar. extra de iureiurādo.

c.tua. Qui ãt est bñficiat9 in vna ecclesia t pstat p extraneis officiuz aduocatiõis vl' pcuratiõis cõtra eam: debet illo beneficio spoliari: extra de postula.c.cum sacerdotis. Tenetur autem iudex dare quandocz aduocatum: vt illis qui habere non possunt propter paupertatem vel propter potentiam aduerse partis. ff. de offi. procon. ne g cunqz. Si autem iudex hoc alicui aduocato precipiat: t ille sine causa deneget: potest per iudicẽ perpetuo remoueri ab officio aduocationis. C. e l. prouidendum. Debet igitur obedire: si tamen competens salarium constituatur ei secũduz supradicta. De secunda parte principali scilicet dabo. Notandum est: q dandum est iusto aduocato a deo eternum premium: a clientulo lucruz: vt. 14. q. 5. non sane. a mundo t iudice honorem t cause obtentum. De tertia principali: quod est materia postulandorum: ibi notat gentes tc. ga causa vel est circa personas: vt in criminibus seruitutibus matrimõijs t huiusmodi: vel circa hereditates t successiones: vel circa alia que possidentur: vl' circa terminos dominiorum t huiusmodi. Et quando per aduocatum ista iuste petũtur. debẽt dari. Unde iuste dicitur: postula a me tc. Sed posset alicui videri: q ars aduocationis sit illicita: ordinatur enim ad litigandum in iudicio. Sed xps hoc prohibet. d. mat. 5: Si qs vult tecum in iudicio contendere: t tunicam tuaz tolere: dimitte ei t pallium: t auferenti tua ne repetas. Et apostolus. i. cor. 6. secularia iudicia: si habueritis: omnino delictum est in vobis: ergo tc. Respõdet Gratian9. i. 14. q. i. §. Et dicit: q perfectis non licet stare in iudicio pro lucro captando. i. vt lucrentur ex tali exercitio: sed pro damno vitando. vel sic pro rebus proprijs non licet: q2 eis non licet propria habere scilicet in singulari: sed pro rebus ecclesie seu monasterij: quaruz sunt prelati vel procuratores: licet in iudicio stare t pro pauperibus. Sed nota q perfecti hic appellantur habentes statum perfectionis: ideſt religiosi t prelati: t non eo modo quo glo. ibi exponit. Et ex hoc sequitur: q laicis licet i iudicio stare t aduocare: qui habere proprium possunt. Clericis autem prohibetur vt. j. dicetur: nisi pro miserabilibus personis. Dominus autem hugo cardinalis in postilla ro. q. sic distinguit. Quibusdam non solum licet sua repetere: sed etiam expedit coram iudice scilicet infirmis: qui proni sũt ad odium: t ad vindicandum se de proximo. Unde melius est: q coram iudice repetant: quibusdam autem licet: sed non expedit: vt prelatis t predicatoribus: ne fructus predicationis impediatur. i. cor. 7. omnia mihi licent. sz non omnia expediunt. Quibusdam alijs nec licet nec expedit: scilicet claustralibus: vt per seipsos repetant: sed per amicos possunt. Et ad auctoritatem xpi si quis vult tc. respondetur per glo. ibidem: quã tamen declarat: infirmis licet sua repetere: non tamen contendere. i. cum contentione repetere: sicut cum odio t scandalo proximi. Nota ergo: q non tenetur quis dare sua: vel cessare a repetõne debiti: nisi hec duo sciat. s. t q ille mortaliter scandalizabitur: si repetit debitum suum: vel si nõ dat sua: t q ille reuocabitur a mortali: si non repetat: vel si dat ei sua. hec hugo. De hoc etiam vide supra in secunda parte ti. c. Gulielmus vero dicit: q si status persone non est in tuto: puta q indiget illa re: que sibi petitur: seu quaz ipse iuste repetit a debitore: ita q ea carens incidit in periculum impatientie t murmurationis contra deũ ipse vel familia sua: tunc nõ tenetur dare vel a repetitione cessare rei sue: quantumcunqz debitor scandalizetur: q2 tenetur magis sibi t suis prouidere q̃z alijs. Si autem potest absqz periculo tali illa re carere: tunc ad vitandum scandalum proximi debet dare: vel a repetitiõe cessare: si tamẽ credat illum bene vsurum alias non. Gulielmus Apostolus autez in auctoritate inducta reprehẽdit iudicia non simpliciter sed fraudulenta iniusta: vel que fiebant apud infideles: quod phibet

De his que pertinent ad debitum modum aduocandi t salarijs eorum t vitijs pluribus. c. z.

a Duocatus accedens coram iudice ad aduocandum: vt dicit Guli. i speculo li. i. c. de aduocatis: debet habere vestes thalares t suo officio congruentes de pe. di. i. vñ versus. Uir bene vestitus pro vestibus esse peritus. Creditur a mille: q̃uis idiota sit ille. Si caret veste: nec sit vestitus honeste: Nullius est laudis: q̃uis sciat omne qõ audit. Unde legitur de Demosthene eloquẽtissimo oratõe: q in principio exercitij sui mĩsterij. s. aduocãdi t perorandi vsus ẽ vestibus multum preciosis: sed postq̃z diuulgata ẽ fama ei9 scientie t eloquentie: vsus ẽ vestib9 cõioribus. Et interrogatus de causa: cum scõm iudicium cõe videbatur: q pciosioribus tunc indui debuerit: eo q esset magis in opinione t honore hominum: t opulentior. Respondit q necessarium sibi fuerat in principio cum esset ignotus procurare sibi ad acquisitionem fame t opiniõis sui officij ex preciositate vestiuz: q2 sic cõmuniter homines existimant de sufficientia talium secũdum qualitatem vestium. Sed ex quo iam erat nota omnibus facũdia t peritia eius: ñ oportebat ãmodo ex vestibus eam sibi conquirere. Debent ergo ad cõspectum iudicis accedere in habitu ornato competenter non tamen põpose. Unde t mat. ii. dicit chriſt9. Ecce qui mollibus vestiuntur: ideſt preciosis: in domibus regum sunt: vbi scilicet sunt iudices t aduocati: lz enim ex ornatu vestis non sit quis iusticiam habiturus: vt. 30. di. si quis virorum. t vestis humilis t non colorata laudetur: di. 4. i. per simoniã tamen sicut nec exquisite delitie ita nec affectate sordes laudem pariunt: ait hieronymus: qõ

Padnomtghẽ dzuestes conformes ofirio suo.

¶ si aduersus dubitat. nō interrogare eru ſcitur.

ad veſtes extenditur:di.ea.§.i.De meo ergo con
ſilio inquit idem Gulielmus:veſtē gerat ſue ꝓ
feſſioni conuenientem nō diuerſi coloris aut di
uiſe:non nimia breuitate aut longitudine notan
da:vt faciat caudam:nō ex certis texturis varia
tam vel varijs coloribus ornatam:non diffuſaz
z laceratam:di.41.per ſimoniaz.ſed regiōis mo
rem ſeruet:di.41.quiſquis.vt cum fuerint in ita
lia pallijs affibulatis vtantur:cum vltra montes
capis manicatis vel pallijs diffibulatis:ſed ī alio
ornatu ſe honeſte gerāt:vt in ſotularibus frenis
ſellis pectoralibus calcaribus fibulis corrigijs z
alijs huiuſmodi.Volentem autem ex humilita
te vel corporis neceſſitate humilem habituz de
ferre non contemno:vt di.30.ſi quis virorum.
Aduocatus qualiter debet ſe habere ad clientu
lum ſuum.Et dicitur clientulus ille cuius cauſā
ſuſcipit defendendam. Dicit Gulielmus in ſpe
culo:vbi ſupra:q; debet primo ſic alloqui clien
tulum ſuum aduocatus.Cariſſime:tres ſunt per
ſone:quibus omnimoda veritas eſt aperienda:
z nil eis celandum:confeſſor ſcilicet quo ad pec
cata commiſſa:medicus quo ad infirmitates z
dolores ſuos:z aduocatus quo ad ea que perti
nent ad cām:ō qua petit conſiliū z auxiliū defēſi
onis.Dicas ergo mihi omnimodaz veritatez ne
gocij:exemplum da mihi ſcriptum:vt congruum
poſſim tibi dare conſilium ſeu reſponſum.Expe
dit enim aduocato habere ſcripturam ſuper nar
ratione facti:quam clientulus proponat propter
periculum periurij:cum hodie habeat iurare:vt
ſine rubore z verecundia poſſit:cum aliter inue
nitur:eā deſerere:ad q̄ ex forma iuramenti:qō
preſtat hodie ī merito cāe tenetur:vt poſſit cua
dere penam multiplicem:de qua habes de po
ſtu.c.properandum li.6. Tamen etiam q̄z talis
ſcriptura poterit tibi alteri prodeſſe.ſeneca. Cu
iuſcunq; facti cauſam require:z cum initia in
ueneris:exitus cogitabis.Facto intellecto ſi ſit ac
tor querat de probationibus:quales habet. naz
qui accuſare vel agere vult:probationes debet
habere paratas.6.q.ſi.actor.Si autez eas nō ha
beat:non multū ſibi expedit ius habere:ex quo
deficit ei probatio.z.q.7.plericq;. Nam z proba
tione ceſſante interdum vindicte ratio conquie
ſcit.32.q.5.c.xp̄iana religio.Si autem probatio
nes non oportet eum habere:z factū eſt liquidū
dicat ei:age ſecure.C.de teſtibuſ.l.i.Sed ſi reꝰ ſit:
q̄rat ſiquas habz defēſiones z ꝓbationes.nā oz eū
hēre ꝓbationes patas ad ſuas exceptiones proban
das.ff.de deprobā.z preſumptiōibus.l.in excep
tionibus.Oz ſi habet:dicat ei.Secure te defen
de.Uerum ſi viderit factum dicat ei.Amice no
li,inanibus ſumptibus te vexare:nec defendi de
bet:qō ratione initi non poteſt:di.86.cor epiſco
pi. Nec debet quis malam cauſam ſeu deſpera
tam fouere vel ſuis allegationibus colorare.C.
de iudi.l.rem non nouam.Sepe tamē aduocati
hoc non faciunt:ſed dicunt frater q̄z litis euentꝰ

¶ thennulo dz ille meus cām aduo
meo ſuſcipe defendendā.

¶ aduocꝰ dz ſic hō debz ſe habere in
principio ſui mandati.

dubius aliquando litigantes obtinent ex indu
ſtria vel aſtutia vel gratia vel fraude vel igno
rantia partis aduerſe:extra de fide inſtru. inter
hoc tamen pernitioſum eſt quo ad animaz z eti
am quo ad famam. Preterea habito negocij ex
emplo in ſcripturis:q̄z memoria labilis eſt:ſi be
ſitaret,aduocatus vel iuriſconſultus:a quo queri
tur ſeu dubitet de iuſticia,cauſe:nō erubeſcat di
cere:volo mecum z cum peritis z cū libris deli
berare:q̄z vt dicitur di.5.ponderet:nos tpe īdi
gemꝰ:vt maturius qd agamꝰ.Et ſalomon.Om
niaꝰ fac cum cōſilio.z auditioni ſapientum vacā
dum eſt:extra de preſump.c.ex ſtudijs.Et repre
henditur qui conſilia ſapientum non ſuſcipit di.
84.c.i.Utilius eſt enim in occulto deliberare:q̄z
in publico ſuccumbere.In tempore autem buiꝰ
deliberationis ſepe ſecum tractet z deliberet:z
inſpiciat diligenter inſtrumēta z iura ad queſtio
nem facientia. Oz ſi per ſe neq̄at inſtrui:cōſulat
peritiores:q̄z qō a pluribus queritur:facilius in
uenitur:di.z.de libelliſ.z q̄z ſepe reuelatur mino
ri:qō maior ignoret:di.95.eſto.Et veritas ſepiꝰ
exagitata magis ſplēdeſcit in lucem.35.q.9.gra
uem.Porro ſi aduocatoꝰ viſum fuerit:q; debe
at clientulus litigare primo conueniat cuz eo de
ſalario ei dando:z de meo conſilio ſibi iūgat ali
um aduocatum:q̄z melius eſt eſſe duo q̄z vnum
xē.eccleſia.5.Integrum eſt enim patrocinīū:qō
plurimorum ſenſibus approbatur:extra de offi.
dele.c.prudentiam.hoc tamen ſi qualitas vl' dif
ficultas cauſe hoc exigat:non enim debet eū in
ducere ad expenſas ſuperfluas:quando non eſt
neceſſarium:vel non poteſt,clientulus. Caue
at autem aduocatus:ne clientulo victoriam re
promittat:ſicut faciunt medici ſuperbi ſanitatez
infirmis pollicitantes.Dubius enim litis euentꝰ
nec victoria in eo eſt ſed in iudice.z.q.3.§.notā
dum.Nec ſemper laborem ſequitur effectus ex
tra de renūtiatione.c.niſi cum,pridem.q̄z z ſepe
vitium eſt materie non artificis.ff.ad.l.acqui.l.ſi
ſeruus.§.ſi calicem.nec debet certum aſſerere:
vbi certus eſſe non poteſt extra de reſcriptis.c.
cum contingat. Cauet etiam ne partem ſuam:
que eius fidei ſe ſuppoſuit: vel ſecreta cauſe ſue
quoquo modo prodat vel reuelet:ſed ſecunduz
pactum inter eos initum clientulum defendat.
Sed querit. Nunquid poſtq̄z aliquis denuda
uit ſecreta cauſe ſue alicui aduocato vel iuriſcō
ſulto:ille aduocatus eſſe poſſit contra eum in ea
dem cauſa pura ab alia parte requiſitus?reſpon
det q; ſic.Et hoc dicit, obtinuiſſe argumentum
13.q.i.§.quia ergo.alioquin'nulli eſſet conſilium
dandum.Sed nec hoc ſufficeret ad iudicem re
mouendum:vt notatur extra de teſti. c. dilecto.
Sepe enim vidi peti conſilium ab aliquibus:nō
vt acceptaretur:ſed vt alteri parti poſtea con
lere erubeſcerent.Si autem fui aduocatus tuꝰ
in cauſa illa:non iam finita in'aliqua parte ſui cō
tra te non ero,alioquin crimen preuaricationis

mobilia vel immobilia episcopatus ⁊ ecclesiarũ ⁊ monasteriozũ ⁊ aliozũ locozum piozuz sibi subditozum debet diligentiam adhibere: ne diminuant vel auferantur. Et primo quidem cauere debet sibi ab auaritia. vt videlicz ne ꝑ se nec per alios negocijs secularibus pecunias suas exponat: sed ⁊ clericos suos ab huiusmodi faciat abstinere ꝓout tenet vt di. 88. c. foznicari. ⁊ extra ne cle. vel mo. c. i. Nec etiam debet thesaurizare: ſz quod sibi superest in pias causas expẽdere. Unñ Ambzo. iz. q. z. Aurum ecclesia habet non vt seruet: sed vt eroget ⁊ subueniat in necessitatibus. Et Diero. c. sequenti. Glozia episcopi est pauperũ operibus ꝓuidere. Jgnominia sacerdotis ẽ ꝓ ꝓrijs studere diuitijs. Secũdo abstineat a dilapidatione ipsozum bonozum: cum sint pauperũ. 16. q. i. qñ. vnde amicis vel consanguineis ñ det nisi in necessitate tanq̃ pauperibus: sicut legitur sanctum augustinũ fecisse ab expensis superfluis conuiuiozũ plurimozum famulozũ vel equozuz pompose supellectilis: ⁊ abstineat obseruando illud quod habet di. 4 i. ex carthaginensi concilio. Episcopus vilem supellectilem ⁊ mensam ac victum pauperũ habeat: ⁊ dignitatis sue auctozita tẽ fide ⁊ vite meritis querat: ⁊ in. c. sequenti dicit nec vestibus vel calciamentis decozem querat legata ad pias causas: si infra annũ a mozte testatozis heredes vel executozes non soluerint: ipse episcop⁹ debet postea cogere illos ex officio suo: nisi testatoz ipse ꝓtelauerit: ⁊ determinauerit tempus illa faciendi: ⁊ ne huiusmodi lateant: cõgruũ est: vt singulis annis Episcopus ꝓceptum faciat notarijs sub pena excõmunicatiõis vt debeant talia legata referre curie siue post mortem testatozis: vt videat si adimpleãt: ⁊ alicubi ẽ sententia lata per synodalem constitutionem cõtra tales: ipsa vero legata que haberet exequi episcop⁹ siue ꝓ incertis facta siue ꝑ alijs causis: quãdo ꝑ testatozem non est expressus locus vl̃ modus erogationis: nõ propterea potest vel debet episcop⁹ sibi imbursare: sed pauperib⁹ erogare tenet: ⁊ idez de alijs incertis que perueniãt ad manus ei⁹ ratione vsure vel ludi ⁊ huiusmodi. Tertio alienare non debet aliquid immobilium sui episcopatus ẽt in casu necessitatis nisi pri⁹ habita licentia a sede apostolica cũ ⁊ hoc iuret: extra de reb⁹ ecclesie non alie. c. monasterioz̃ in cle. ⁊ tũc ẽt requirit certa forma: de qua supra ti. iz. de alienatiõe rerum ecclesiasticarũ. Similiter nõ debz permittere alias ecclesias vel monasteria vl̃ hospitalia sibi subdita alienationẽ rei alicui⁹ immobilis facere sine consensu suo ex causis ⁊ cũ modis qui habent. io. q. z. hoc ius ⁊. iz. q. z. sine exceptiõe. Et debz bene inquirere q̃ ecclesia nõ decipiat: ⁊ ꝓciũ ꝓ necessitate expendat: vt ĩ vtilitatẽ maiozẽ ecclesie ipius emendo aliud sibi fructuosius. Multe lesiões fiũt ecclesijs ⁊ locis pijs per illicitas alienatiões. Sed vbi ecclesia vl̃ monasteria apparet notabiliter lesa: põt eps contractũ rescindi facere: vel ad supplemẽtũ cogere emptozem. Idem de permutationib⁹ vel transactionib⁹. Qz autem episcop⁹ in alienationib⁹ possessionũ ecclesie velit certam quotam puta ad rationẽ .5. ꝓ centenario de ꝓcio rei vendite: videt

expressa extorsio: nec excusari potest ratiõe consuetudinis cũ sit irrationalis: nõ enim põt gabellam ponere in contractib⁹ sicut laici faciũt. Que aũt reperit vsurpata ab ecclesijs ⁊ pijs locis a patronis vel cõsanguineis rectorũ ecclesiaꝝ mobilia vel ĩmobilia restituere faciat ĩ quantũ põt: ecclesias ruẽtes faciat p rectores vt populũ reparari ⁊ domos earũ prout fieri põt. Quarto nota vt dicit. iz. q. z. episcop⁹. ⁊. c. sequentib⁹. Episcopi ⁊ alij rectores ecclĩarũ debẽt habere ⁊ tenere res ecclie distinctas a reb⁹ ppijs: ne sub pretextu rerũ propriarum auferant bona ecclie. Et de bonis quidẽ ecclie mobilib⁹ vel immobilib⁹ ⁊ alij clerici nõ possunt testari: sz de reb⁹ patrimonialibus vel sibi donatis aut legatis aut acquisitis p industriã possũt testari ⁊ cõsanguineis licite legare ⁊ donare: ⁊ ab intestato ĩ huiusmodi succedũt cõsanguinei. Episcopi aũt ex religiõibus assumpti nõ possunt de aliquo testari nisi de licẽtia pape ꝑm tho. in sũma secũda secũde. q. 185. ar. 8. Et similiter religiosi assumpti ad ecclesias curatas: sed quicquid acquirũt tales episcopi vl̃ alias curati ecclie sue acquirũt etiã per successionẽ aduenĩcia. Sz hodie cõsanguinei platorũ spoliãt domos eorũ in morte: de his plenius hẽs supra ti. 6. de testamẽtis. Nota qnto q⁹ episcop⁹ debet ꝓcurare: q⁹ ecclie collegiate ⁊ mõasteria habeãt ꝓcuratores suos seu iconomos: qui fideliter tractẽt bõa earũ: ipe aũt episcop⁹ debet hẽre iconomum rerũ ẽpatus: qui sit testis admĩstratiõis debite temporalium. Sicut etiaz cubicularij quos debet hre personas maturas ⁊ optime vite ⁊ fame clericos vel religiosos debẽt eẽ testes sancte cõuersationis sue: vt dicit. z. q. z. cũ pastoris. ⁊ hic iconomus debet eẽ clic⁹: vt dr̃. 89. di. c. qz. ⁊. c. iudicatũ. ĩ glosa tamẽ super. c. diaconũ dicit q⁹ qui habet potestatẽ seu admĩstrationẽ super reb⁹ episcopat⁹ dr̃ vicedomin⁹: qui aũt super res canonicorũ dr̃ iconomus: hodie consueuerũt nuncupari camerlingbi. Et ĩ. c. omnib⁹ di. eadem dr̃ q⁹ talia officia ꝓpinquis vel fauore sibi coniũctis nõ sũt cõmittẽda. Et dicit ibi glo. q⁹ ratio huius est: qz magis sũt ꝓni episcopi ad vandũ ꝓpĩquis qz̃ alijs ẽt magis dignis. Item alia ratio est hui⁹ ꝓdibitionis: qz semp ꝓsumit̃ q⁹ res ecclesie latẽter ledant̃ per eos: ⁊ di. 88. dr̃. Episcop⁹ nullã rei familiaris curam ad se reuocet: sz orationi ⁊ lectioni ⁊ predicatiõi tantũmodo vacet: hinc ⁊ ber. ad eugeniũ papam in libro de cõsideratiõe multũ inuehit contra episcopos: qui totam solicitudinem suam ponũt principaliter circa temporalia ⁊ supellectilia sua ⁊ comparandos redditus: ⁊ de salute animarũ parũ curant dicentes: q⁹ si nõ possũt habere prudẽtes ⁊ fideles dispẽsatões vti decet: melius est hre minus idoneos: qz̃ q⁹ ipi ẽpi se imisceãt hi⁹ occupatiõib⁹ tẽporaliũ.

De dispensatione que põt fieri per ẽpos.

Nota q⁹ circa lapsos reperiunt̃ tres regule iuris cõmune continẽtes ꝑm ⁹Rai. in sũma ⁊ glo. sũ maria di. 50. in principio. Prima ẽ q⁹ q peccauit moztaliter post baptismũ: non põt ꝓmoueri. s. absq; dispẽsatiõe. z5. di. primũ. 48. di. qñ. i. q. 7. figs omnẽ. z⁹ regula ẽ q⁹ ꝓmot⁹ peccãs moztaliter deijcit̃ di. 50. q semel di. 81. si diacon⁹. 3⁹ ẽ q⁹ ab ordine depositꝰ nõ põt restitui di. 50. c. i. ⁊ z. Iste ẽt tres regule colligunt̃ di. 50. vt cõstituet̃ in principio. ⁊ vbicũq; minus agit̃ dispẽsatio ẽ. idẽ ⁹Host. Sz circa intellectũ istaꝝ rl̃aruz ꝑm ⁹Rai. ⁊ glo. vbi supra tres fuerũt ab antiq̃ opiniones. Prima fuit q⁹ omne moztale post baptismũ repellit promouẽdũ ⁊ deijcit promotũ: ⁊ qz ista ẽ nimis rigida: qz ꝑm eam nullus posset promoueri: iõ non tenẽda. z⁹ opinio ĩtelligit istas regulas de magnis peccatis: qz minoza post penitẽtiã non repellũt ꝓmouẽdũ: nec deijciũt promotũ. ar. di. 41. clicus ⁊. 5. q. 4. in loco. Et qz ista opinio nõ distinguit inter peccata occulta ⁊ manifesta: iõ non ẽ tenẽda di. 50. c. de his ⁹yo. 3⁹ opinio intelligit ꝑdictas regulas de manifestis: occulta. n. post penitẽtiam ⁊ si grania nõ repellunt nec deijciũt di. 48. qñ. Et qz hec opinio nõ distinguit inter enozmia: que ẽt occulta repellũt ⁊ deijciũt ⁊ alia peccata: ideo ipa ẽt non est tenenda: ex̃ de accu. c. inquisitiõis. Ut ergo sine calũnia prozcedas: distinguendum est de peccatis: qz aut illa sunt enozmia aut mediocria aut minoza: quãuis oia moztalia. Si sunt enozmia siue occulta siue manifesta sint repellunt ꝓmouendũ: ⁊ deijciunt ꝓmotum idest indignum faciunt: vt ꝓmoueatur ⁊ si iam ꝓmotus sit: indignum faciunt ad exequẽdũ officiũ suscepti ordinis ⁊ post quãtecũq; pẽitentiam: ⁊ contrarium faciẽs hoc ẽ accedens ad ordinem suscipiendum vl̃ exequens ipsum ante dispensationem semp peccaret moztaliter di. 50. .c. mirozi. q. i. erga. ⁊. c. si quis. extra de accusa. c. inquisitionis. Et vt dicit Guili. glosatoz ⁹Rai. hoc quod dicitur de enozmib⁹ restringendũ ẽ ad homicidiũ ⁊ simoniam ĩ ordine. idẽ ⁹Host. ⁊ goffr. addẽtes viciũ hereſis. i. q. i. vẽtum. Quantum ⁹yo ad mediocria peccata subdistinguit ⁹Rai. qz aut sunt manifesta aut occulta. si manifesta: impediũt ꝓmouendũ: ⁊ deijciunt ꝓmotũ di. 50. c. de his vero. Et intelligunt̃ manifesta: quãdo sũt nota per sentẽtiã vl̃ per cõuictionẽ vl̃ per cõfessionem factam in iure metu ꝓbatiõis di. z4. c. si. vl̃ notozio de quo nulla possit tergiuersatiõe celari. Si aũt sint occulta nõ impediunt ꝓmouendũ nec deijciunt ꝓmotum: sz possunt ⁊ ꝓmoueri ⁊ mĩstrare in susceptis absq; incurſiõe alicui⁹ censure vl̃ irregularitatis: sz nõ absq; moztali peccato quousq; peniteant: extra de tempoz. oz. c. ex te noze. ⁊. c. quesitum. Dicũtur aũt mediocria exẽplificãdo adulterium furtũ sacrilegium periurium fraus cũ dolo, incestus: multo magis viciũ sodomiticum: extra de excess. prela. c. clerici⁹, ⁊ similia maiora adulterio fornicatio ẽt simplex notoria: vbi admonitus nollet se corrigere: videt̃ ptinere

ad mediocria extra de coha.clc.c.sicut. Maiora aũt peccata ẽt manifesta nõ impediũt ꝓmouẽdũ nec ẽt deiiciũt ꝓmotũ. Et dicunt maiora respectu gratiarum: vt venatio in clerico ludus alee z ebrietas di.35.c.i.facere strepitũ i synodo.5.q.4.in loco z similia. Si tamẽ admoniti tales nollent se corrigere; ꝓpter cõtumaciam efficiunt graviora idẽ Hosti. Inno. ẽt in glo. super. c. ex tenore. de tẽpo.or. dicit: q in occultis peccatis sufficit absolutio sacerdotis auctoritate clauiũ ar.6.q.i.illi. nec credo q sit necessaria dispẽsatio ordinarij q̃ ad ꝓmotionẽ vl quo ad executionem: quod intelligendũ est de mediocrib⁹: vt patet ex illo.c.ex tenore z.c.quesitũ ex de tempo.ordi. Et addit q non peccat talis statim facta confessiõe celebrãdo: licet bonũ sit cõsiliũm: q vel abstineat: vel p parte satisfaciat. Dz papa possit in omni casu dispensare homicidio z aliis nõ est dubiũ. Sz circa episcopos est duplex solẽnis opinio ſm Rai. Prima est q eps põt dispensare cõtra duas primas regulas in adulterio z minoribus criminibus.s.cũ sunt manifesta: vt dictum est. In maioribus vero adulterio nequaq̃ nisi i casibus a iure expressis: q possit dispensare: z hoc expresse dicit extra de iudi.c.at si clerici. Naz hoc ipo q de quibusdam cõceditur: de aliis tacite prohibetur: di.25.c.qualis. extra de transla.c.inter corporalia: ar.ad idẽ extra de tempo.or.dilectus. vbi dicit. Cũ illi dispensatio huiusmõi a canõe minime sit ꝓmissa: exprimit autem in iure de quibusdam maioribꝰ adulterio: in qbus permittit epis dispẽsare di.50.c.si quis presbyter. i hereti tamẽ hodie non habet locum: cum papa sibi reseruet absolutiõem. z in.c.presbyteros. distinctione.50. dr de diaconibus z presbyteris idolis immolãtibus ex coactiõe postq̃ penituerint penes eos eorum erit potestas aliquid eis tribuendi. Alia siue secũda opinio est: q eps põt dispẽsare i omni crimine ꝺ duas ꝓmas regulas: nisi expresse ꝓhibeat a iure: hoc ꝓbat di.28.c.presbyter. z optime de peni.di.6.c.i. z i fi. vbi dicit. Pontifex iustus atq̃ discret⁹ nõ cogitur suos sacerdotes semper abiicere: ſz nec mox restituere: nisi statutũ fuerit a romano pontifice: z extra de senten. excõ.c. nup circa finem. Hãc opiniõem tenet Lau. Uinc. Joan. z Tan. z Ber. extra de iudiciis i glo. super. c. at si clerici. Dicit q hec opinio est magis cõis: cui assentit Rai. z guil. glosator eius dicit hanc opinionẽ esse salubriorem z benigniorem supradicta: sequẽdo igit secũdam opinionẽ que cõior ẽt. Qui sint hi casus in quib⁹ ꝓhibita sit epis dispẽsatio: z pape reseruet plene habes infra in ti.zz.c. fi. ibi vide. Quãtum aũt ad tertiam regulã.s.q depositꝰ restitui non potest officiis suis: ñ hoc nullus põt dispensare nisi papa ſm Rai. z Hostiẽ. ſz alii ꝛriũ sentiant: vt hẽs supra in.§.3.

De episcopatu quo ad

petitionem vl recusationem eⁱ vl renũciationẽ Et quãtũ ad primum q nõ sit licitum appetere epatum ſz ꝓsumptuosũ: hoc declaratũ ẽ supra in z^a parte ti.3.c.de ambitiõe. ibi vide. Quãtum ad secũdũ.s. vtrum epatũ iniunctũ a superiore liceat oĩo recusare. Rñdet Tho. z^a z^e. q.185.ar.z. q i assumptiõe epatus duo sunt cõsideranda.

Primũ est quid deceat hominẽ appetere ſm ꝓpriam voluntatem. Secũdũ ẽ quid deceat hominẽ facere ad voluntatẽ alteri⁹. Quãtum igit ad primũ.s. ad ꝓpriam volũtatem: conuenit homini ꝓncipaliter iĩsistere ꝓprie saluti z itendere: Quantũ ad secũdũ conuenit homini: q ex dispositiõe alteri⁹ ptãtem habẽtis super eum faciat quid sibi iubeat. Unde sicut ad inordinatam volũtatẽ pertinet q hõ ꝓprio motu ferat in hoc q̃ gubernatiõi alteri⁹ preficiat: ita ad inordinationem volũtatis pertinet: q aliquis omnino cõtra superioris iniũctionem predictũ gubernationis officiũ finaliter recuset: z hoc ꝓpter duo. Primo qa hoc repugnat charitati ꝓximoꝝ: quoruz vtilitati se quis debet exponere p loco z tẽpore. Unde Aug. 19. de ciuit. dei. Negociũ iustũ suscipit necessitas charitatis. Secundo qz repugnat hoc humilitati: per quam quis se alioꝝ mandatis subiicit. Unde Greg. in pastorali dicit q tũc ante dei oculos vera est humilitas: cũ aũs ad respuẽ dñ hoc qõ vtiliter subire precipit: pertinax non est. Quãuis aũt vita ỹtemplatiua ex qua gs sibi vacat z deo: ꝓponit actiue: qua ꝓximis itendit: z amor dei sit potior amore ꝓximi: nñ bonũ multitudinis ꝑferendũ est bono vnius. Et hoc ipsuz ptinet ad dilectionẽ dei: q aliquis quib⁹ xp̃i p curam pastoralem impositam itẽdit. Insuper z prelati nõ sic transferũt p ꝓfectum ad vitam actiuã vt cõtẽplatiuam deserant: sed vtriq̃ p tempe debẽt vacare. Et inducit ad hoc Tho. auctoritates Augu. que habent i decre. Dicit. n. Aug. Ocium sanctum querit charitas veritatis: negociũ iustũ suscipit necessitas charitatis: quam sarcinã si nullus ipõit: percipiende atq̃ intuende vãcãdũ ẽ veritati. Si aũt impõit suscipiẽda est ꝓpter necessitatẽ charitatis. Sz nec sic omnimõ veritatis delectatio deserenda ẽ: ne subtrahat illa suauitas' z opprimat iusta necessitas. 8.q.i.q epatũ. vbi dicẽ glo. q̃ ad finẽ auctoritatis q nõ ita debet insistere tñ delectatiõi veritatis i ỹtemplatiõe q ñ deseruiat: ꝓut oportet necessitati ꝓximoꝝ i exercitio cure pastoralis. Ad idẽ Aug. ad eudoxiuz. Uos aũt hortamur i dño: vt ꝓpositũ vestrũ custodiatis: z vsq̃ in finẽ ꝑseueretis. Aut si qua opa vra mater ecclesia desiderauerit: nec elatiõe auida suscipiatis: nec blãdiẽte desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis deo cũ mansuetudine portãtes eũ: qui vos regit: qui dirigit mites i iudicio: z docet mãsuetos vias suas: nec ociũ vestrũ necessitatib⁹ ecclie prepõatis. Cui parturiẽti si nulli boni mĩstrare vellẽt: quomõ nasceremini nõ inueniretis. i6.q.i. vos aũt. Itẽ q̃uis accipere epatũ de se nõ sit necessartũ ad salutẽ: sit tñ necessa-

riū ad salutē recipē rōne p̄cepti superioris. Nec excusaret eū:si votū de nō ep̄ando fecisset: q2 si intendisset hoc nullo mō acceptare:ēt p superioris mādatū eēt votum illicitū:z sic nō obligaret: si ī tēdit quantū erat ex parte sui tūc.q2 initingit a superiori nō agit ꝓtra votū: nec ēt excusaret a tali ūūctiōe hoc q̄ hēret ꝓpositum peccādi:q2 pōt z debet dimittere tale ꝓpositū. Si aūt hēret aliquod impedimētū puta excōmunicatiōis vl irregularitatis cū illo nō debet suscipere:sz dz manifestare iniūgenti. Et si nō potest tollere tale impedimētū:puta q2 archiep̄s q̄ precipit:z ille irregularis vl illegittim⁹ z hi⁹ nō tenet obedire. Et idē videt:si eēt notabiliter ignorans:sz si pōt tollere ip̄edimētum:z tollit ip̄o indicato:vt papa. debet obedire. De renūciando aūt episcopatui:qđ fieri nō pōt absq; licētia sedis ap̄lice:hēs ex de renūc. .c.nisi.quod plene declarat supza ti. ꝓximo.c.de renūciatione.

De episcopis assump/

tis ad huiusmodi dignitatē ex statu religiōis:vtz teneāt ad obseruantias regulares. Rñdet tho. z^ z^e.q.185.ar.8.q̄ cum status religiōis z stat⁹ ep̄alis pertineāt ad pfectionē:z dicat stat⁹ pfectionis ī hoc tm̄ est dīa inter vtrūq;:q2 status religionis dī stat⁹ pfectiōis:q2 ipsa obseruatio religiōis est via tendēdi ī pfectionē. Sz stat⁹ ep̄alis dī status pfectionis quasi quoddā magisteriū perfectōis. Unde stat⁹ religiōis cōparat ad ep̄al̄e sicut disciplina ad magisteriū:z dispositio ad pfectionē. dispositio āt nō tollit pfectione aduenīente:nisi fozte quātū ad id qđ pfectioni nō cōgruit: sz magis cōfirmat:ficut disciplina cū peruenerit ad magisteriū:non cōuenit q̄ sit auditoz: cōuenit tm̄ sibi q̄ legat:z meditet magis q̄z prius. Sic igit dicē dū:q̄ si qua sūt ī regularib⁹ obseruātijs: q̄ nō impediāt pontificale officium:sz magis valeant ad pfectiōis custodiā:sicut ē cōtinētia paupertas: z hi⁹:remanet ad illa obligat⁹ religiosus factus ep̄s z p cōsequēs ad portādū habitū siue religiōis: q̄ est huius obligatiōis signū. Si qua vo sūt ī obseruātijs regularib⁹:q̄ officio pōtificali repugnēt: sic ē solitudo silētiū abstinentie graues vigilie z hi⁹:ex quib⁹ ipotens redderet ad exequendum pōtificale officiū:ad hi⁹ nō tenerēt. In alijs autē pōt z dispensatione vti:secūdū q̄ requirit necessitas psone vl officij vl cōditio hominū: cū quib⁹ viuit:p modū quo etiam prelati religionū secum dispensant. Qđ aūt dī.16.q.i.q̄ monachū cano/nica electio a iugo monastice cōuersatiōis absoluit:z sacra ordinatio de monacho ep̄m facit:ītelligit hoc dictū nō quantum ad omnia:sz quātuz ad ea que repugnant pōtificali officio. Et quāuis epi religiosi nō teneant obedire prelatis suarum religionū ex eo vz:q2 desierūt sibi esse subditi:sicut z ipi prelati religionum: cū non habēt superiozes:non tenent obedire superiozibus prelatis:quos nō habēt:manet tm̄ adhuc obligatio voti virtualit:ita.s.q̄ si eis legitime aliquis ꝑficere tur:obedire tenerent:in quantum tenent obedire statutis regule p modū predictū: z suis superioribus si quos hñt:vt archiep̄s vel papa z hi⁹. Propriū aūt nullo mō pñt hre: nam hereditatē pr̄nam vendicat quasi ꝓprium nō quasi ecclesie debitam. Et sic intelligit quod habet .16.q.i. vbi dicit q̄ monachus factus ep̄s velut legitim⁹ heres:pr̄nam sibi hereditatem iure vendicandi potestatem hēat. Unde ibi subdit:q̄ postq̄ ep̄s ordinat ad altare:ad quod sanctificat:quod acquirere potuit restituat. Testamētum aūt nullo mō facere pōt: q2 sola dispensatio ei cōmittit rerum ecclesiasticarū:que morte finit. Si tm̄ ex p̄cessione pape religiosus ep̄s vl alter faciat testamētuz nō tamen ex hoc intelligit vt de re ꝓpria disponere:sz auctozitate ap̄lica intelligit esse ampliata ptās sue dispensatiōis:vt eius dispensatio possit valere post morte. Episcopi aūt qui assumūt ad ep̄atum de statu clericali:pñt bona patrimonialia z acquisita p industriam tenere vt ꝓpria:z donare vl legare p testamentum:put eis videt: de huiusmōi bonis:iz.q.i.ep̄s. Nō .n.epi ī sua ordinatione ad hoc se obligant: vt absq; ꝓprio viuāt: nec etiam viuere absq; ꝓprio ex necessitate regrit ad officium pastorale.

Utrum episcopi nō

v largiendo pauperib⁹ bona ecclesiastica q̄ ꝓcurant:peccent mortaliter? Rñdet Tho. z^ z^e. .q.185.ar.7. Aliter est dicendum de ꝓprijs bonis:q̄ epi possidere pñt.s.si ñ sūt religiosi z de bonis ecclesiasticis. Nam ꝓprior bonorum veruz dñium hñt. Unde ex ipsa rez cōditiōe nō obligant: vt ea alijs cōferant. Sz pñt vl sibi retinere vl alijs p libito largiri. In qua tamē dispēsatiōe vl receptiōe pñt peccare: vel ꝓpter inordinationem affectus:p quam plura sibi cōferant vl retineant q̄z oporteat: vl alijs nō subueniāt fm debitum charitatis: non tm̄ tenent ad restitutionem. Sz ecclīasticorum bonoz sunt dispensatores vl procuratores: vt Aug. iz.q.i.si priuatū. dicit. Ad dispēsatorē aūt requirit bona fides. Sūt aūt bona ecclīastica nō solum in vsus pauperū:sz etiam ad cultum diuinum z necessitatē mīstroz expendēda. Unde antiquit⁹ fiebant quatuor partes de redditib⁹ ecclīarum. Una erat epi. Alia clicoruz deseruientium ecclie. Tertia seruabat ꝓ fabrica seu reparatiōe ecclie. Et quarta pauperib⁹ dabat vt hēt .iz.q.z.ō redditib⁹. z.c.q̄tuor z alijs.c. Si ḡ distincta sūt bōa q̄ debēt ī vsū epi cedere:ab his q̄ debēt expendi ī vsū clicoz vl pauper vl fabrice: z aliqd sibi retineat ep̄s de his q̄ sūt deputata mīstris vl pauperib⁹ vl fabrice:nō ē dubium q̄ agit cōtra fidē dispēsatiōis:z mortaliter peccat: z tenet ad restitutiōem. De his aūt q̄ sūt sp̄aliter suo vsui deputata videt eē eadē rō q̄ z de ꝓprijs bonis vt.s.p̄ moderatum affectū vl vsū peccet: si sibi retineat vitra q̄z debeat: z alijs nō subueniat: vt

exigit debitū charitatis. Si vo nō sunt predicta bona distincta: eoz distributio fidei sue cōmittit. Et si quidē i modico deficiat vl supabūdet: pōt hoc fieri absq; bone fidei detrimēto: qz nō pōt in talib⁹ pūctaliter accipere qđ fieri opoztet. Si vero sit mult⁹ excessus: nō pōt latere. Unī videt bone fidei repugnare: z iō nō ē absq; mortali. Et addit Tho. 2ª 2ᵉ. q. 185. ar. 7. ad. 4. q si qs clericus vl plat⁹ necessitate nō iminēte, puidēdi pauperib⁹ de his q̄ supfluūt de, puētib⁹ ecclie possessiones emat: vl in thesauro reponat i futurum pro pauperib⁹ p futura laudabiliter facit. Si aūt necessitas immineat pauperibus erogandi superflua cura est z inordinata: vt aliquis tunc in futurum conseruet: quod domin⁹ prohibet dicēs. Nolite solliciti ēe i crastinū.

De ornamentis epi

scopa/ lib⁹ cū celebrat. Nā vltra ornamēta sacerdotis: de quib⁹ supra hēt. 9. alia ornamenta significantia res spūales quas debet habere. Et p̄ calige que significāt rectitudinē gressuū. i. affectionū z opex. Secundo sandalia q̄ significant contemptū terrenorū: qz tegunt pedes: z defendūt a pulueri⁹. Tertio subcīctorium quo stola ligatur cū alba significans amorem honestatis. Quarto tunicella lōga vsq; ad pedes: significans perseuerātiam. Unde z Joseph dicit habuisse tunicam talarē. i. descendentē vsq; ad talos: qui insinuāt extremitatē vite. Quinto dalmatica lata designans largitatem i operibus mie. Sexto cyrothece: que designant cautelā in operibus: defendūt enim ne ledant manus a frigore vl alijs: z manus sūt opera nostra. Septimo mitra designans scientiam vtriusq; testamēti: vnde z duo cornua hz. Et ap pēditia mitre duo possunt designare expositiōes additas doctorū fm duplicez sensum. s. lr̄alem z sp̄ualem: qui est triplex. Octauo anulus signās sacr̄m fidei: qua eccl̄ia despōsat xp̄o: ipsi. n. epi sūt spōsi ecclesie loco xp̄i. Nono ē baculus pastoralis: qui designat tria: q̄ spectant ad officiuz pastoris: nam p curuitatem in capite baculi significatur: q debet colligere vagos. p rectitudinem significat: q debet sustentare infirmos. p stimuluz qui est in pede baculi: q debet pungere z solicitare lētos z pigros. vnde ver. Collige sustēta stimula vaga morbida lenta. Solēt ēt quādā crucem paruulā argēteam vel eneam cum catenula ad collū sub casula deferre: q̄ designat passionez xp̄i: quā debent hr̄e in mēte p meditationē z affectum imitatiōis. Addit archiep⁹ pallium in signum priuilegiate potestatis respectu suffraganeorum. Et designat torquem auream: quam solebant recipere legitime certantes. Romanus aūt pontifex non vtitur baculo pastorali duplici rōne: vel qz Petrus primus papa misit baculū suum p quēdam discipulum suum: vt ad tactū eius resuscitaret socium: z condiscipulū eius georgiuz defunctū in via: quos ipse Petrus miserat ad p/dicandum: qui baculus reseruat: vt dicit i diocesi treuerensi. Unde z papa ibi celebrās vtit baculo pastorali: vel ēt ex eo q papa nō habet potestatem limitatā z determinatā: vt oēs epi z prelati: quā designat etiā curuatio baculi: qz vniuersaliter vbiq;: ideo non vtit tali baculo. Possunt etiā p ista nouem ornamenta specialia episcopoz⁹ designari nouem que facere possunt supra presbyteros: vz clericos ordinare: virgines benedicere: basilicas dedicare: clericos deponere: synodos celebrare: chrisma conficere: vestes z vasa consecrare: hec Tho. in. 4. di. 24. immediate ante expositionē lr̄e exceptis paucis additis. Notādum ēt de quibusdam que fm iura debēt obseruare epi. Et primo vt nō despiciant sed honorent clericos suos fm gradus suos: z econuerso clerici epos habeant vt patres. Unde Hieronymus ad nepotianum. Esto subiect⁹ pontifici tuo: z quasi anime parentem ama. Dz episcopi sacerdotes se esse sciant non dominos: honorent clericos suos quasi clericos: vt ipsis epis a clericis quasi episcopi honor deferatur. Scitum est illō oratoris domitij. Cur ergo te inquit habeam vt principem: cum tu me non habeas vt senatorez. Dz aaron z filios hoc eē episcopū z presbyteros nouerimus: vnus dominus vnum templuz: vnū sit ministerium. Et paulopost. Pessime ꝓsuetudinis est in quibusdam ecclesijs presentib⁹ epis tacere presbyteros: nec loqui quasi eis inuideāt: aut dedignētur eos audire. Et si alij ait Paulus reuelatum fuerit sedenti: prior taceat: gloria patris ē filius sapiens. hec ille di. 95. esto. Itē ex concilio carthaginensi. 4. dicit. Epūs in ecclesia in cōsensu presbyteroz sublimior sedeat intra domū vero collegam presbyterorum se esse cognoscat di. ea. Ubi glo. super verbo collegam dicit: ita tñ q̄ non cōtēnatur. ff. de offi. presi. l. obseruandam. Item epūs diebus festiuis diuinis officijs dz interesse. vnde dr̄ de cōse. di. 3. epūs. si infirmitate non fuerit impeditus: ecclesie cui proximus fuerit: die dñico deesse non debet. Ubi dicit glo. archiē. q episcopus diebus dominicis i episcopali ecclesia diuinis officijs debet interesse: in qua sacerdotali more precipitur residere. vt. 7. q. i. puenit. Nō debet aūt sacerdos in fine misse dare benedictionem pplo: cū presens ē episcopus: z precipue in missa quam cantat ipse sacerdos: vel etiam cum legit: nisi ipse episcopus annuat ei q det: z tunc ēt non debet dare cum solēnitate illa: sit nomē domini z cetera. Potest etiam dici q eo ipso q permittat ei missam celebrare: per consequēs pmittit ei omnia que pertinent ad missam: vnde z benedicere. vt extra de offi. dele. c. preterea. Dec in glo. super. c. ecce ego. di. 95. in quo. c. Hieronym⁹ reprehendit episcopos prohibentes sacerdotes benedicere populum dicens ibi. Si presbyter Christum consecrat: cum in altario dei sacra benedicit cur benedicere populum non debet: qui Christum consecrare non metuit? Quod vz intel

ligendum est de bñdictõe l fine misse ꝑuate:quã dz ei ꝑmittere eps:ẽt si sit ꝑsens. Itẽ notandũ qõ habeť de ꝑziuil.in.6.vbi dr. Qm epi z eoz supe/riozes se hñt diuersis ex causis a suis ecclesiis z dioceſi abñtare frequẽter:nec ꝑñt cõmode ad ec clias accedẽ ꝑ missa celebranda vl audienda:ẽt ipsa sine qua eos trãsire non decet absq; cã rõna bili vlla die:presenti cõstitutione indulgemus eis dem:vt altare possint hre viaticum:z in eo cele/brare vl celebrari facere vbicũq; absq; iterdicti transgressione illis ꝑmittitur celebrare vl audi/re diuina.hec omnia in tex.Ubi dicit Jo. and.in glo.cum isto altari viatico poterit episcopus pu ta vadens ad curiam õe mane ante cãpanã diei dicere vel dici facere missam:z pergere vias su/as:z sic non impediet in dieta:qõ fieret:si hẽret expectare diem z solitam hozam z opoztunita/tem ecclie:ex textu isto regulariter q̃tidie dz di/cere vel audire missam:nisi ipediat. Itẽ epi mu tuũ sibi debẽt ꝑstare auxilium scilicet illicit). Un de Inno.secundus di.91.ait:precipimus vt epis/copi ad solum deum z ppli salutẽ hñtes respec/tum omni tepiditate sopita ad pacem firmiter te nẽdaz mutuũ sibi cõsiliũ z auxiliũ ꝑbeãt:nec hec alicui3 amoze vel odio ꝑtermittãt.Ubi diẽ glo. q̃ p istõ:z.c.sequẽs pz:q; ad iudiciũ ecclesie spe/ctat facẽ pacẽ:vt hic z ex̃ de treuga z pace.c.tre/ugas.Et ẽt mõtuo epo vl firmo vicini epi tenẽť supplẽ defectũ.vt.7.q.i.põtifices.itẽ di.ea.ex cõ cilio carthaginẽsi q̃rto dr.Studẽdũ est epis:vt dissidẽtes ffes siue clericos siue laicos ad pacez magis q̃ ad iudiciũ coercẽť.vbi tñ dicit glo. h intelligendũ:cum ciuiliter agit de crimie vel in causa ciuli:secus vbi criminaliter agereť.Expe/dit.n.peccata nocentiũ eẽ nota.extra de collu.c.i. in glo.Itẽ eps debet pr̃ocinium prestare pupillis z viduis z aliis psonis miserabilibus ꝑtra ipzo/boz violẽtias.Unde gelasius.Desolatis ꝓpzie de/fẽsiõis auxilio:z q suis actib3 ꝓdesse ꝓpẽ etatis ifirmitatem non ꝑñt:exozatũ decet põtificẽ sub/uenire:qz pupillis tuitionem ẽt diuinitas iussit i/pẽdi.di.87.z di.88.dr. Eps gubernatiõez vidua rũ z puillo3 ac peregrino3 nõ ꝑ se ipm sz per ar chipzesbyte3 vl archidiaconũ agat:qõ itelligen dũ ẽ de his:q ꝑ suos ituari nõ ꝑñt: z idẽ de aliis pauperib3 z debilib3:in quantum facultas assit: vnde di.82.c.i.dr. Eps pauperibus vl infirmis q debilitate faciente suis manibus labozare ñ ꝑñt: victum z vestitum i quãtũ possibile sibi fuerit: largiať:dicit ea.di.Ad reatũ epi ptinet vt presby teri qui parochie preest substẽtare: si vite presen tis causa adolescẽtiozes vidue vel sanctimonia/les clerico3 familiaritatibus subijcianť: vbi glo. q̃ propter rerum defectum faciendo aliq̃s ope/ras clericis vel aliis ꝑ talem familiaritatẽ inducũ tur ad turpia.Et ideo eps si sunt pauperes:debz eis prouidere:z hoc de quarta paupe3: non ta/mẽ debent eẽ ociose:sz debent facere calathos z alia huiusmõi honesta de conse.di.5.nũq̃. Sed diligẽter attẽdendũ est q; ꝑ psonas hõestas dẽt opera:z recipiant ꝑcium.Itẽ di.86.dr. Mõ licet epm manib3 suis aliquẽ cedere.hoc.n.alienuz eẽ dz a sacerdote.vbi dicit glo. q; si p se hnõ possit tãq̃ idecẽs dignitati epali:põt tñ h ꝑ aliuz:ita tñ q; sit clic3. Nam si per laicum incideret in cano/nem:extra de senten.excõmunica.c.cum ex vni/uersitatis.z hoc nisi eẽt icozrigibilis vapulãdus nec p clicos possit coerceri.

De his que episcopus

põt habere seu exigere ab aliis ecclis ex cõcilio aureliano sic dr.De his que parochijs ĩ terris vi neis mancipijs atq; peculijs quicũq; fideles ob/tulerint:antiquoz statuta seruenť:vt in episcopo rum potestate consistant. De his tñ que altario concesserint:tertia fideliter episcopis deferať.i.c. ãt sequẽti.quod incipit antiquos dr de medieta te.vbi dicit glo.q; tempoze primitiuo cũ paupe res eẽnt epi:statutũ fuit:vt epi de epalibus eccli/is z omnibus bonis ecclie sumerẽt medietatem: sz ĩ oĩbus parochialibus ecclis hñt tantum ter/tiam oblationũ z decimarum:vt in dicto.c.de his postmodũ quartã vt.iz.q.z.vobis z quicũq;.c.se quenti.Hodie aũt nec tertiam parochialium hẽ bunt:nisi ad fabzicam reparandam:nec illã ha/bebũt nisi velit fabzicam reseruare vl renouare vt.io.q.z.c.i.z.z.vel dic q; sm cõsuetudinem ista dãť.ex̃ de sepul.c.certificari.hodie aũt cũ sint di uites epi:nihil habebũt preter cathedraticum:vt .io.q.z.c.i.sz certe quicqd dicat io.parochialis ec clia hẽt tñ quartam decimaruz:z eps aliã quar tam pzo se:alias duas quartas retinet eps pzo fa bzica z pauperibus.vt.iz.q.z.concesso.z.c. sequẽ ti.De aliis redditib3 nihil habet de consuetudie generali z prescripta:licet predicta.c.z alia vide anť dicere ꝑtrariũ:z ita sentẽtiatũ fuit ꝑ episcopo bononiẽsi ꝑtra ecclesiam sancti Jo.ĩ persico.hec in glo.Addit archiõ ad glo.dicti.c.dicẽs:hostiẽ. de hoc notando ponit hãc sententiam:z videtur manifeste comprobari extra de censib3.c.cũ oli. z de decimis.c.quoniã. Sz tu dicas sm hostiẽ.q; de iure cõmuni competit epo nõ solũ quarta de/cimationũ alias decimaz:sz ẽt mozturiozuz:vt extra de offi.oz.c.cõquerẽte.vbi de hoc in glo. z extra de testa.c.officii.z de verbo.signi.c. ex par te.z. Nec obstat dictũ.c.io.q.z.c.i.qz ibi non log tur de canonica epi:sed de canonica fabzice õpu tatẽ.fateoz.n.q; illam non habebit eps: nisi velit subire onera fabzice. Nam z quelibet res trãsit cum onere suo:vt extra de pigno.c.ex lris.Sed Inno.dixit in predicto.c. cõquerẽte de offi. oz q; quarta decimarum z mozturiaz non debeť de iure cõmuni:z idẽ sentit ibi ber.sz host. ibi di cit q; salua reuerẽtia sua debeť q̃rta.vt dictuz ẽ. q̃uis quota.idest media vel tertia de consuetu/dine debeatur.z sic loquũtur iura.io.q.ꝓma. de bis.z.c.sequenti.z.ea.questione.z.c.vnio.z.c.nu/merus.z de sepul.c.certificari.Et ipse idẽ Inno.

sentẽtiauit ꝑ host. in cã quã habuit cũ fratribus sancti Joãnis hierosolymitani: ꝓut ibidẽ ipe idẽ host. notauit. s. i. c. cõquerẽte. Sz lau. notauit hic ꝙ quartã de decimis ⁊ oblatiõib⁹ nõ ꝓsequitur epus: nisi subeat onus fabrice. ⁊ ita de facto fm ipm sẽtẽtiauit dñs celestinus: si tñ sit pauper eps: nec possit fabricã reparare: credit ipse lau. ꝙ nihilominus possit bre quartam: vt. io. q. 3. c. ꝑscis. ⁊ ẽt vltra si illa nõ sufficiat ar. iz. q. z. ex his. idem archiõ. sup. c. antiquos. dicit ꝙ vinc. ⁊ ber. notant extra de testa. c. regsisti. que capla dicunt ꝙ res ecclĩastice diuidẽde sũt i q̃tuor partes: vt. iz. q. z. quatuor cũ alijs caplis loquũt de mricib⁹ ecclesiis. Sz host. in eo. c. ingt ꝙ illi qui dicũt: ꝙ eps nõ recipit suam canonicam: nisi de redditibus ecclie cathedralis: videre debẽt: qñ ipam ꝓcipit ꝑ oẽs sue dioceſis ecclĩas ⁊ alia pia loca sicut sũt hospitalia ⁊ similia: vt in. ℣. secus predicta. c. requisisti de testamẽtis: colligit manifeste ⁊ idẽ sentit gof. i glo. ⁊ extra de decimis cũ contingat. vbi dicit ꝙ in alijs ecclesijs habebũt epi legitimam portiõnẽ in decimis: extra de prescrip. c. de quarta. ⁊ in oblatiõib⁹. extra de verbo. signi. c. cuz inter: ⁊ in bis que in testamẽto continẽt: vt in predicto. c. regsisti. vinc. sequit Jo. in glo. 16. q. i. quicũq;. Et qz de cathedratico facta est mẽtio: quõ illud debeat solui: vl q̃tum habeat. io. q. 3. c. i. vbi dr placuit vt nullus epor ꝑ suas dioceſes ambulans. i. ꝓter honorẽ cathedre sue. i. duos solidos aligd aliud ꝑ ecclesias tollit. Ubi dicit glo. sũmaria añ capl̃z ꝙ istud appellat quandoq; synodaticũ: vt ex de censi. olim. ⁊ hoc qz frequẽter dantur isti solidi in synodo. Addit archiõ. ad glo. ꝙ Inno. intelligit istud de qualibet ecclĩa. s. ꝙ ab ea possit accipere cathedraticũ: excipiũt tñ omnia mõasteria: vt habet. io. q. 3. inter cetera. i tex. q̃ non tenent ad cathedraticũ. Et quãuis aliqui dicãt ẽt hoc itelligi de capellis mõasteriorũ: dicit archiõ. sup dicto. c. ꝙ hoc non est verũ fm Hugo. nisi itelligat in eo casu: qñ capelle sunt exempte ẽt cũ suis mõasterijs aliquo priuilegio speciali ab omni iure dioceſis epi. Exponit ℊ iste tex. vbi dr mõasteriorum basilicis. i. basilice: q̃ sunt mõasterii: q̃ vt dictum ẽ: non tenent ad cathedraticũ. Sz Tan. ⁊ Ber. intelligũt hoc de ecclĩs dioceſis ⁊ nõ ciuitatẽſib⁹. Idẽ Hugo. Isti aũt duo solidi quales debeãt eẽ sũt diuerse opiniones: vt põit ibi glo. Alig. n. dicũt ꝙ debẽt eẽ fm cõmunẽ monetã regiõis: ⁊ si plures appareant: magis exigui dabunt meliores vl saltẽ mediocres. Addit archiõ. ad glo. dic fm Hoff. ⁊ credo verius: ꝙ erũt solidi vsuales ⁊ cõis monete regiõis. Et si plres sint monete i regione: forte dabunt meliores: ar. ex de iure iurãdo q̃z/to. vl mediocres ar. io. q. z. hoc ius. vl minores ex de cen. c. ex parte. hec ibi. Lũ aũt in huiusmõi. s. i datiõe cathedratici ⁊ datiõe quarte vl tertie vl medietatis de decimis ⁊ oblationib⁹ dandis epor sint varie ꝓsuetudines: ⁊ alicubi nihil det. de omnib⁹ bis vt florẽtie: alicubi det cathedraticũ solũ: alicubi diuerse portiões de decimis ⁊ oblatiõib⁹ ⁊ alijs: videt i hi⁹ stãdũ ꝓsuetudini locorũ cũ ẽ ꝓscripta: vt ar. ex de sepul. c. certificari. Item qõ dr. io. q. i. decretũ ẽ: vt oẽs ecclie cũ dotib⁹ suis ⁊ decimis rõnib⁹ suis i epi ptãte ꝓsistãt: atq; ad ordinationẽ suã ptineãt. dicit ibi archi. ptineãt. s. q̃ ad ĩstitutionẽ: vt. s. talẽ ꝑ se vel ꝑ alium instituat: ꝙ ecclie bñ ꝓuideat. Et q̃ ad alienationẽ: qz prẽsbyt nõ põt res ecclesie alienare sine consensu epi iz. q. z. placuit. vbi nota fm archi. sup. c. i. io. q. i. ꝙ oĩa iura q̃ vident dicere: ꝙ oẽs ecclesie monasteria ⁊ hospitalia ⁊ alia pia loca sub dispositiõe epor ꝓsistant: vt i dicto. c. i. ⁊ 16. q. 7. oẽs ⁊ 16. q. z. c. quidã. intelligi pñt fz illud qõ bẽ ex de reli. do. c. de ẽnodochijs. vt videlicet illud verũ itelligat quantũ ad hoc: vt seruẽt ea que ordinata sũt vt ibi dr ar. ex de testa. c. nos quidẽ. necnon q̃ ad alia q̃ inueniũt expressa i iure: vt puta dare ꝓcurationẽ cũ visitat ⁊ hi⁹. Alias autem eps nihil saltẽ temporale ab ecclĩjs petere põt: vt. io. q. 3. qz cognouim⁹. fm Inno. ⁊ host. qui ita scripserũt i dicto. c. De sinodochijs. notãdũ est quod dr. io. q. i. ex cõcilio tollerano. Mouerint cõditores basilicarum i rebus q̃s eisdẽ ecclesijs ꝓferunt nullam se potestatẽ habere: fz iuxta canonũ ĩstituta sicut ⁊ eccliam ita ⁊ dotẽ eius ad ordinationẽ epi pertinere: vbi dicit archi. ꝓcise dicendum est: ꝙ ex q̃ fundata est ecclĩa: statĩ est ex potestatẽ laici: nisi q̃ ad iuspatronat⁹: nec plus hẽt ibi ante cõsecrationem q̃ postea: qz nihil antea nihil postea nisi iuspatronat⁹: ⁊ statim ptinet ad epm: i cuius dioceſi fundata ẽ vt hic: ⁊ anteq̃ ecclĩa ꝓsecret: ecclĩa ẽ locus religiosus ⁊ deuotus de conse. di. i. precepta. licet non sit paratus: ⁊ tñ inuenit dici sacratus iz. q. z. nulli. nec obstat quod dicit. 16. q. z. decernimus. Nam ꝙ ibi dicit patronos habere ptãtem i ecclĩjs: intelligit fm glo. de ptãte defensiõis. Et addit archi. Nõ aũt habeat potestatez dilapidatiõis. Sciẽdũ etiam de charitatiuo subsidio debito epis: ꝙ hoc hẽt extra ỏ censi. c. cũ apostolus circa medium: vbi dicit. Sustinemus aũt ꝑ multis necessitatib⁹ que aliquotiẽs superueniũt: vt si manifesta ⁊ rõnabilis cã extiterit cum charitate moderatum valeant ab eis auxilium postulare: .s. episcopi a subditis: nam ab exemptis non possunt: idem dicit honorius de offi. ord. c. conquerẽte. ⁊ dicit glo. super verbo rationabilis causa: ꝙ si de ỹ dubitat superiorũ arbitrio determinetur. hoc puto in consuetudinem in aliquibus locis ĩtroductum: ꝙ episcopi cum a principio suscipiunt pensiones episcopatus: exigũt ab omnib⁹ ecclĩjs sibi subiectis charitatiuum subsidiũ fm proportionem beneficiorum. Nam quia ipsi habẽt soluere annatam curie ⁊ bullas ⁊ sibi prouidere de multis in principio officij: ideo vt inuentur in huiusmodi expensis permissum est: quod tñ moderate fieri dz. De ꝓcurationib⁹ i visitatiõe dicet ĩfra. In dioceſi florẽtĩa extat bulla eugenij 4. ꝙ ñ possit exigi ꝑ subsidio charitatiuo vltra

ſeptingentos florenos: alias plus exigendo incidit in excõmunicationem ipe archiepꝰ: z ex hoc videt tacite illud concedere: ex quo vltra illõ ꝓhibet ar. di. 25. qualis z̃. De iuriſditiõe dicit Jo. an. in nouel. ſuper. c. dilectꝰ de capel. mo. q̃ ſi epꝰ vel quiſquis alius habeat iuriſditiõem vl̃ aliud generale ſtatutũ a iure vl̃ cõſuetudĩe vl̃ ſtatuto ĩ aliqua loca vl̃ perſonas quãtocũq; tempore ſtet q̃ in aliquo illorum locorũ vl̃ perſona nõ vtatur omni iure: qõ in eis bẽt vl̃ in aliq̃ capꝰo ipſiꝰ iuris nõ tamẽ cõtra eum preſcribĩt: multo minus ſi ibi aliquid exerceat. Nam ibi per vnum ſoluz capl̃z ipſiꝰ iuris generalis oĩbꝰ aliis poſſeſſionẽ retinere videtur: niſi alias amittat poſſeſſionez: puta q2 violenter inde expellĩt: vel reuertẽs nõ admittitur vl̃ ſuſpicaĩ ſe poſſe repelli. ff. de acq2. poſ. l. cum poſſidere. §. fi. Nam cũ hec iura ſint ꝯ rigua: ſufficit ĩ vno eorũ retinere poſſeſſionez. ff. de acquir. poſſ. l. poſſideri. immo nec preſcriptio illius temporis cuius non extat memoria: de q̃ nõ. de verbo. ſigni. c. quid p nouale. currit cõtra talem: cũ ſemper poſſideat. Quid enim ſi aliqua perſona vel eccleſia per quinquaginta annos z amplius in tali ſtatu fuit: z tanta tranqllitate pacis: q̃ nõ opoꝛtuit eam viſitari: nec aliquẽ actuz iuriſditiõis in ea: vel cõtra eam exerceri: nunqd ꝓpter hoc diceĩ q̃ epiſcopus amiſit in ea iuriſditiõem ſuam: quam in ea habet? abſit ſm Jnnoc. cuiꝰ eſt hec glo. ar. in eo quod notaĩ z legĩt de ꝓſcrip. c. vigilanti. Et adde quod notaĩ in ſpeculo de iuriſditiõe om. iudi. ad fi. §. ſl. illõ. Notandum ẽt ſm Jnno. vt inducit Jo. an. ibidem q̃ poſſeſſio generalis iuriſditiõis acquiritur: ẽt ſi vnicus actus iuriſditiõis exerceatur: puta q2 aliquis cognoſcit de aliqua cã criminali vel ciuili: vl̃ q2 excõmunicat aliquẽ: vl̃ q2 expedit vl̃ facit quod cũ q; aliud noluerit: quod tñ ad iuriſditiõem pertineat. Et hoc verũ dũmõ ĩtendat vti iure ſuo quo ad iuriſditiõem vniuerſaliter. Quomõ de hac intẽtione cõſtare poſſit: vide quod dixi de poſtu. c. bone. ii. Et licet legiſte ꝑe. z Li. ĩprobẽt hãc opinionẽ. Jnno. tamẽ ipſe ipaz determinationẽ ſuam declarat. d. q̃ ſi audiendo cauſam ciuilem intenderet in ciuilibus tñ vti iure ſuo: nihil acq2reĩt: tunc q̃ ad criminales ar. extra de preſcrip. c. auditis. z de offi. oꝛ. c. dilectus. quantũcũq; ẽt intendat vniuerſaliter iuriſditione vti: tũc tñ nõ extendĩt quo ad alias perſonas: niſi ad illas inter quas illã exercuit. Et ſic patet q̃ potius extenditur ad partes iuriſditionis: q̃ quo ad perſonas Et eſt ratio q2 ſub iuriſditiõe cõprehendũt oẽs partes z actus iuriſditionis: ſed ſub vna perſona nõ cõprehendĩt alia: quãtũcũq; ẽt intendit per vnam perſonã iuriſditionẽ ĩ totum populũ exercere: quia diuerſi ſũt hoĩes. Unde qõ fit in vno nõ extendĩt ad alios regulariter: vt de re iudi. c. q̃uis. Et preſtat ad hoc ar. qõ alias dr̃ in gleba q2 vna apprehẽſa omnes apprehẽſe ĩtelligũtur ſeparate vero nõ. ar. ff. de acquir. poſ. l. poſſideri. z de cõſe. eccle. vl̃ al. c. i. li. 6. Sic in hac materia dicẽdũ eſt: q̃ apprehenſa poſſeſſiõe in vno capitulo: iuriſditio intelligĩt apprehenſa z in omnib̃ aliis: dum apprehendẽtes hoc intẽdant: q2 oĩa capitula iuriſditiõis eidẽ iuriſditiõi cõtigua ſunt z annexa: ſecus in perſonis que nõ ſunt ꝯtigue ſz diuerſe. Et per hoc ſequitur: q̃ ſi epꝰ habet poſſeſſionẽ ĩ vna perſona: z alius intendens iuri ſuo aliquid iuriſditiõis exerceat ĩ eadem ꝑſona epꝰ poſſeſſionẽ amittit: niſi q̃ cito ſciuerit: contradicat. De quo etiam notaĩ de reſti. in inte. c. z. generalis aũt poſſeſſio iuriſditiõis alicuiꝰ caſtri vl̃ ciuitatis vl̃ ꝓuincie acquiritĩ: ſi quis publice z vniuerſaliter per oẽs partes ciuitatis bannum. vt. ſ. ſic preconiçet. Taĩ dñs huiꝰ ciuitatis mandat q̃ quicũq; hoc vel illud fecerit: incurrat talẽ penã. Jn hoc enim caſu z̃ſi nullus penam incurrat: tñ poſſeſſionẽ generalis iuriſditiõis acquirit. q2 edictũ qõ iuriſditionis eſt: fuit ſic publice z generaliter promulgatum: z hoc eſt verum: ſi nullus erat in poſſeſſione generalis poſſeſſionis illius ciuitatis: alioquin ille qui predicto modo vel alio q̃ cũq; vult apprehendere poſſeſſionez: iuriſditionis generalis: non acquirit poſſeſſionẽ: niſi illoꝝ capitulorꝝ z hominũ tñ: que z quos apprehẽdit vt. ff. de acquiꝛ. poſ. quod in eo. §. fi. Omnia que dicta ſunt de officio ordinarii ſupra cõueniunt ſtatui epiſcoporum: quia ipſi ſunt pr̃cipaliter oꝛdinarij: z illa debẽt ſcire. Et ſimiliter illa que dicta ſunt ſupra de beneficiis in ti. de beneficiatis. z omnia que dicta ſũt ſupra de eccleſijs z ſacramẽtis: quia in huiuſmodi debent alij inforꝛmari per eos. Et pene de omnibus contentis in iſta tertia parte de ſtatibus debent per ſe vel alios hẽre noticiam ad directionem populorum nec nõ de cenſuris eccleſiaſticis: de quibus infra habetur. Et cum omnia hec fecerint: que in iure eis mandantur: dicere habẽt illud luce. i7. ſerui inutiles ſumus: z que debuimus facere fecimus. Sed qs eſt hic: z laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua ſuper omnia miracula. Quis enim ad hec tam idoneus: qui non omittat: z que perpendit: z que non aduertit? Et ideo bene dicit Auguſtinus q̃ nil difficilius z piculoſi epi dignitate.

Sermo de archiepiſcopis. c. 3.

a **Ecingere gladio** tuo ſup femur tuũ potẽtiſſime. 44. pſal. ꝓpter z ſm ſenſum litteralẽ loquit̃ pſal. de chriſto: q̃ vti q; potẽtiſſimus ẽ nõ ſolum in deitate ſua ſm illõ eccleĩ. 3°. Unus ẽ. n. deꝰ oĩpotẽs: ſz ẽt ĩ aſſumpta hũanitate: data. n. ẽ ei oĩs ptãs ĩ celo z ĩ tra: vt ipe ait mat. vltimo: quã potẽtiam oñdit. Fortis enim armatꝰ. ſ. diabolꝰ fortis. ſ. natura aliter: q2 tota materia elemẽtal̃ eſtũ ad motũ localẽ ſz oꝛdinẽ nature ei fuit ad nutũ: niſi a deo ꝓhibeaĩ: ꝓpt̃ q̃ dr̃ iob penultio. Mõ ẽ ptãs ſimil̃ ei ſup trã: armatꝰ ãt ĩ malitia: q2 callidioꝛ ſpẽs erat cũctis aĩmãtib̃ geñ. 3. cũ cuſtodiẽit atriũ ſuũ. ſ. mũdũ ſibi p vicia

subiectū:in pace erant:que possidebat nullo cō/
tradicēte seu resistēte tētationib⁹ eius. Sz fortiz/
or eo.s.xps supueniēs in mūdū:dū fortis z potēs
i plio eū deuicit:qz vt ait Augusti. Manu ītermi
z affixa cruci debellauit aereas ptātes: indeqz ar
ma eius i qbus cōfidebat abstulit.s. malicias ei⁹
detegēdo z reprimēdo:z spolia ei⁹ distribuit: qz
animas fraude deceptas p fidē ecclie distribuit
consignandas. Potentissimus quoqz in miracul:
potētissim⁹ in exēplis virtuosis:sm illud fuit vir
pphēta potens in opere z sermone luc. vltimo.
Iste accinxit gladiū.s. iusticie sup lumbos suos:
qz non potētia eripuit homines de manu diabo
li:vt poterat:sz iusticia:qz videlicz p. ccata nra.i.
penam peccatorum ptulit in corpore suo:sup li/
gnum crucis z corpus suū hic dicit femur suū.s.
humanitas:quā ex femore patris traxerat sz cor
pulētam substantiam:i cui⁹ figuraz dicit gen. zz.
q isaac portāte ligna sup humerū:q ōsignāt cru
cē a xpo bainlatam abzahām portabat i manu
ignē z gladiū:ignē.s.amoris z benivolētie z gla/
diū iusticie:ex quibus passus xps tulit deo dis/
ponēte:z hoc gladio iusticie hominez liberauit
secūdū illud Ihaie.37.c. visitabit dns in gladio
suo duro z grādi sup leviathan z cetera. Moza
liter aūt potest applicari ad quēlibet prelatum p
cipue archiepiscopum:qui est princeps episco/
porum: vnde merito potest dici potētissimus: q
permaxime christum representat:qui dicit a pe
tro apostolo princeps pastorū: tria hic igit notā/
tur. Primo eminentia dignitatis:quia po/
tentissime. Secundo congruentia operositā/
tis:quia accingere gla.tuo. Tertio continētia
in se honestatis:quia sup femur tuuz.

Quantum ad primum

quāuis quilibet episcopus sit potēs in iurisditiōe
spirituali:que potior ē tpali:archiepūs tamē potē
tissimus ē:qz sup alios epōs:qō designat palliuz
eius. Palliū ē insigne ornamētū archiepi supti
de corpore beati petri:vt de elect.c. significasti.
qō dat i signū plenitudinis pōtificalis dignitatis
qz archiepūs est sup epōs. Unde dicit ab archos
qō ē princeps:z episcopus quasi princeps epōrū:
nō tamē habet plenitudinē ptātis:sz solus papa
hanc hēt:vnde Julius papa. Ipa ecclia que pri/
ma ē.s.romana:ita religē ecclesijs vires suas cre
didit largiēdas:vt in partē sint vocate solicitudi
nis nō in plenitudinē ptātis.z.q.6.qui se scit. Ar
aūt alig episcopi vtunt pallio: hoc ē ex speciali p
vilegio eis cōcesso:vt dicit de epō lucano vt de
psump.c.cū in iuuētute. Et sm Hostiē. debemus
dare palliū:ad hoc ēt vt in scribēdo sit dra inter
palliū honestatis z pallium dignitatis. Pallium
.n. hōestatis qō glibet ēt laicus deferre pōt: ē su
premū vestimētū.i.sup oīa alia:z clamidē voca/
mus:de quo mat.6. Qui vult tecū in iudicio cō
tendere:z tunicam tuā tollere:dimitte ei z palliuz.
Et virūqz.s.palliū z palleum dicit a palicij grece
qō latine dicit motus. Nam palliū semp mouet
z sepius ēt palleum: vnde z ministri sepe palleuz
aptando circūeunt palleatum archiepm. Ar dici
tur palleū z meli⁹a palloze seu palleo palleo. Pre
ceteris.n. debet deū diligere:amor autē facit ani
mū languidū:z languor vultū pallidum sm illud
cantic.3.amore langueo. debet etiā insistere talis
vigilijs ieiunijs z abstinētijs:que faciunt homi/
nē pallidū. Ornatui ergo vestiū conueniat orna/
tus actionum. Unde greg. Ratiōis ordo nos ad
mōet:vt cū vsu pallij aliqua largiri priuilegia de
beamus. Sz quoniā cū honoris augumēto cu/
ra quoqz sollicitudinis debet excrescere:vt cul/
tui vestium actionis quoqz ornamēta cōueniāt;
oportet vt enixius i cunctis studijs se vestra fra/
ternitas exerceat:z circa subiectorū actus sit vigi
lans di.100.rationis. Reprehēdit aūt ipe greg.
Joānē archiepm rauēnatē:eo q preter cōmune
ius z consuetudinē generalē extra missarū solē/
nia pallio vtebat:qō fieri nō debet di.100. Con/
tra morē ecclesiasticū est:si nō patiētissime tole/
rat quod a nobis absit ēt iniusta correctio z in/
fra. Decorari pallio volumus:forsan moziб⁹ ide
cori:dū nihil i episcopali ceruice splēdidius:qz ful
get humilitas. Ponuntur autē in pallio quatuor
cruces colorīs nigri ꝓpter mortificationē vicio
rum:que debet eē in palleato:vt cum apl'o dice/
re possit. Mihi mundus crucifixus ē:z ego mun
do ad gal. vltimo. Et quidam dicūt q pdicte q/
tuor cruces: quatuor affectiōes animi designāt
de qbus virg. Dic cupiūt homines:gaudēt: me/
tuūtqz:dolētqz. Prima ergo crux:que ē in palleo
ante pectus:significat gaudium. Secūda que est
in sinistra:ōsignat spem. Tertia q ē retro dolorē
Quarta que est a dextris timorem:z ista sicut cō
traria:sic a cōtrario apponuntur. Sz qz quādo/
qz huius affectiōes excedūt:potius sunt afflictio
nes. Et ideo in primis tribus crucibus apponū/
tur actus ad pungendum z reprimendum ne ex/
cedant. In quarta non ponitur actus: quia ipsa se
cum suum aculeum portat scilicet vel timor po/
test dici:q per primam crucem significatur gau/
dium:quod ideo preponitur scilicet ante pectus:
quia homo debet semper incedere leta facie. per
secūdam dolor:quia a sinistris pandetur omne
malum. per tertiam timor: que retro est: quia
timemus: que non videmus. per quartam spes:
z ideo sine aculeo: quia quisqz magis debeat
sperare qz timere: vel per ipsas designantur qua
tuor virtutes cardinales. per primam ante pe
ctus iusticia: vt semper sit pre oculis. per se/
cundam fortitudo contra aduersa: z ideo poni/
tur a sinistris:quia significat aduersitates. per ter
tiam prudentia:que respicit preterita: vt bene p
uideat: vnde retro ponitur. per quartam tēperā/
tia:que vnqz excidit:sed alia temperat. Unde va
lerius maxim⁹ li.4.c.i. Nihil tā magnificū tā p/
clarum qō ñ moderatiōe tēperari desideret:z iō
a dextris pōitur:quasi ꝯclusio aliarū virtutū. Et

ficium conferat. Et per hanc decretalez attentari poſſet: q licet eps poſſit generaliter tradere poteſtatē officiali vel vicario ſuo conferendi beneficia vacantia de offi. vica. c. ſi. non tñ alteri quez officialē non conſtitueret. Item legatus non pōt ꝓceſſū delegati impedire: aut eius ſñiam irritare ſed pōt eum cōfirmare z exequi: extra de offi. le. c. ſtuduiſti. Et rō ibi ponitur: qz mandatū ſpāle derogat generali. Non poſſet etiā legatus de latere deponere epm: niſi ei ſpāliter papa hoc commiſiſſet: de tranſla. c. i. ſed ꝑbytez poſſet deponere adūnctis ſibi alijs epis. Omnes reſeruationes quozūcunq beneficioz facte a quocunq legato etiā de latere auctozitate legationis z decreta interpoſita ſup ipſis: necnō denūciationes inhibitiones z ꝓceſſus quilibet p eum vel p executozes deputatos ab eo habitos circa ipſa: dūmodo ad collationē eozundē bñficiozum iā vacantium nō ſit ꝓceſſum finita legatione viribus euacuantur: z nihil valent. Nec executozes dicti pñt vlteriꝰ beneficia taliter reſeruata conferre de elec. c. preſenti. li. vi. Item ſi legatus in aliqua cathedrali vel collegiata eccleſia fecit aliquā reſeruationē: aliam illa pendente non pōt facere in eadem. Nec etiā poſtq aliquod reſeruauerit alicubi bñficium ad collationē pertinens: q̄diu reſeruatio pendet ſibi reſeruare non pōt. Et ſi ſecꝰ fecerit: nihil valet vt in dicto. c. pñti. Finitur aūt legatio quattuoz modis ſm io. an. in gl. ibi. Uno mō ſi datus fuerit legatus ad tēpus determinatum: finito. n. tpe finita eſt legatio: vt de offi. dele. c. de cauſis. Secundo qñ legatus ē reuocatus. ff. de iudi. l. iudicium. Tertō qñ egreſſus eſt legationem aīo non redeūdi. Legationez ideo dixi: qz ſi eēt egreſſuſ aliam ꝓuinciā: is qui eſt legatus in pluribus: exquo nō eſt egreſſus legationē nō expirauit eius iuriſditio: vt de offi. le. nouit. Sic. n. legatus in qualibet pte legationis exiſtens iuriſditionē exequitur: ſicut eps in qualibet parte ſue dioceſis: de offi. ozdi. c. cū eps. li. vi. Quarto finit legatio pſonalis morte ipſius legati nō aūt morte cōſtituētis ipm: vt eo. ti. c. legatos. Perſonalis ideo dixi: qz ſi eſſet realis: puta qz cōpeteret dignitati: nō expiraret morte legati: vt de offi. le. c. qñ abbas. Et qō dictum eſt bis modis finiri legationē: intelligitur in ſui pſona z q̄ non cepta p delegatos. Nam ſiquas cās cōmiſiſſet: z res nō eſſet integra: finito eius officio. ſ. legati: durat illiꝰ delegati ptās: vt de off. le. c. ſi. Et eſt mirabile: qz iuriſditio delegati a legato bñ ꝓpetuatur p citationem z alium iudicialem actū: ſz notificatio inhibitio z decretū non ꝓpetuant iuriſditionē executoris hoc z alios ꝓceſſus facientes. Sed reſeruationes bñficioꝝ ſunt odioſe ꝓpter duo: quia p eas datur via ad vacaturas: z qz p̄iudicant ozdinarie ptāti. Uñ ſūt reſtrīgēde: z iō ceſſāt finita legatiōe. Sz ptās executoꝝ datoꝝ a papa ſup gra facta z re integra z ſup faciēda re ñ integra bñ p̄durat pꝰ morte pape: qz papa p̄t ius ad vacaturas dare: ſed non ſic legatus. Bene ergo poteſt legatus donec durat in officio impedire ozdinariū in cōferendo: ſed finito officio nō. hec io. an. Conſtitutiones facte a legato in ſua ꝓuincia durant poſtea ꝓpetue: lz de ꝓuincia ſit egreſſus vel ſit mortuus: ſecus ſi cām delegent: qz egreſſis eis de ꝓuincia nō durat iuriſditio delegatoꝝ: non aūt ſi legatoꝝ diſceſſum citatio ꝓceſſerit: extra de offi. le. c. fi. Item collatio bñficij p legatum ſedis aplīce alicui facta nullius momēti exiſtit: ſi in ea nō fuit habita mentio de alio bñficio: qō ꝓius obtinebat. Et querit io. an. in glo. ibi. Quid ſi legatus ꝓpꝛio motu: z hoc expꝛeſſo in lr̄is cōceſſionis confert alicui beneficiū habenti aliud beneficium nō facta mentōe de illo: nūquid valeat collatio talis: ſicut valeret: ſi eo caſu papa alicui cōtuliſſet: vt dicitur de papa in. c. ſi ꝓpꝛio motu. de ꝓben. li. vi. Et videtur q nō: qz papa non ē ſubiectus legibus vt legatus. C. de legi. l. digna vox. Unde aliud in papa aliud in legato: ſed cōtrariū credo. Sicut. n. ozdinarius cōfert alicui bñficiuz bñti aliud tz collatio: licet vtrūq retinere ñ poſſit: ſic z legatus ſi cōferat: tenebit collatio: lz vtrūq tenere non poſſit: z facit ſupza de reſcrip. c. gra Hoc igitur intendit decretalis: q ſicut impetrans beneficiū a papa tenetur de bñficio qō hz: quantūcunq ſit modicū facere mentionē: ſic impetrāns a legato: alꝰ non valebit collatio: qz impetratio ſubrepeticia ē. Ubi vero nō impetrauit: ſz legatus contulit: in quo peccauit ille cui facta ē collatio? certe in nullo. vnde credo tenere. Legatus ēt de latere non pōt ſe intromittere ō bis que pape ſpāliter reſeruātur: vt de tranſlatione epoꝝ ceſſionibus ſūmiſſionibus vniuſ ad alterꝝ z biꝰ: extra de offi. le. c. niſi. z. c. poſt tranſlationē: niſi que reperiūtur in iure eis cōceſſa: vel ſi ſup aligbus eorum haberet ſpālem auctozitatē a papa. Itē nota q de iure gentiū eſt legatoꝝ nō violanda religio: di. i. ius gentiū. Ubi dicit glo. q ſiquis legatū vel amicoꝝ vel hoſtiū impedit: ſm leges tradit hoſtibuſ: vt ſit ſeruus illoꝝ. ff. delegati. l. fi. ſm canones ē excōicādus: vt. 94. di. ſiquis. Ubi dicit alexander papa. Sigs legationē impedit non vnius ſed multoꝝ ꝓfectum auertit: z ſicut multi nocet: ita a multis arguendus ē: de bonoꝝ ſocietate priuandus. Et qz dei cauſam impedit: z ſtatum cōturbat eccleſie: ideo ab eius liminibus arceat. De auctozitate z ptāte legatoꝝ ad quanta z ad que ſe extendat: diffuſe ponit ſpeculator in ti. de legatis.

Titulus. xxiij. de ſtatu ſūmozum pontificum per modum ſermonis: vbi ponitur doctrina bernardi ad eugenium. c. i.

Inuiſti eū pau/

m lominus ab angelis gloria z honore cozonaſti eum: z conſtituiſti euz ſup opera manuū tuaꝝ pſal. 8. Lo/

XXIII.

quitur ꝓpheta ad patrem oñipotentem de filio suo incarnato: vt introducit aplus auctoritatem ipam ad hebreos. i. c. scribens. Qui. s. dei filius in ẽtum homo factus mortalis: minor fuit inuẽtus angelis: qui sunt imortales: ſz sanctitate ⁊ auctoritate maior. Coronatus vtiq; gl̃ia imortalitatis in resurrectione. Honore veneratiõis etiã ascẽsione: quia tremunt videntes angeli ⁊ iudiciaria ptãte in fine sublimatus: ꝓstitutus est sup omnes creaturas. Data ẽ mihi oñis ptãs: vt ait ipe mat. vl. In celo ⁊ in terra: vt in noĩe iesu omne genu flectatur celestiũ terrestriuz ⁊ infernor̃ phi. z. Et qz recedẽs a nobis sua p̃sentia corpali vicarium suũ reliquit in terris. s. sũmum pontificẽ: qz papa dr̃ quasi pater p̃m: nõ congrue hec verba de papa pñt exponi. Et enim papa vt ait hosti. maior homĩe: sed minor angelo: qz mortalis hõ: maior tñ auctoritate ⁊ ptãte. Neq; n. angelus põt consecrare corpus ⁊ sanguinẽ x̃pi: neq; absoluere uꝫ ligare: cuius rei iurisditõ plenarie est in papa: nec ordinare vel indulgentias dare ⁊ bi. Est gloria ⁊ honore coronatus: gl̃ia cõmendationis: qz nõ solũ beatus dr̃ sed ⁊ beatissimus. Quis eũ sanctũ dubitz: quẽ apex tante dignitatis attollit: di. 40 non nos. Honore coronat veneratiõis: vt osculẽtur fideles pedes eius. maior veneratio fieri nõ põt psal. 99. Adorate scabellũ pedũ eius. Coronatur ⁊ magnitudine auctoritatis: qz cũctos ipse iudicaturus: a nemine ẽ iudicãdus: nisi deꝑ benedatur a fide deuius: di. 40. si papa. Uñ ⁊ triplici corona aurea coronat̃. Et ẽ ꝓstitutus sup oñia opa manuũ suaꝝ ad disponendũ de oĩbus inferioribus. ipse aperit celũ: mittit reos ad infernum: cõfirmat imperiũ: ordinat totũ cleꝝ. Quia g̃ sibi data ẽ cura de oĩbus: vt docet ber. ad eugeniuz: attendat ad ea que sunt in se: ⁊ ad ea que sunt sub se: ⁊ ad ea que sũt circa se: ⁊ ad ea que supra se sũt A te inquit: idem incipiat ꝓsideratio tua nõ soluz aũt: ſz in te firmat̃: quocunq; euageꝫ: ad te revoces eã cũ salutis fructu. Sic exeat: vt te nõ deserat: extra salutem ꝑpriã cogites nihil. Min⁹ dixi contra ꝑter dixisse debuerã. Quicquid se ꝓsiderationi offerat: qõ nõ quoquo mõ ad tuã ipsius salutem ptineat: respuendũ. Et hec tui ꝓsideratõ in tria quedã diuidit̃. Si ꝓsideres quid gs ⁊ qualis sis: quid in natura: gs in psona: qualis in moribus seu vita. Quid verbi cã homo: gs papa: qualis benignus mãsuetus vel tale gd. Cõsiderãdo gd sis: occurit: qz hõ animal. s. rõnale ⁊ mortale. Et ex hac cõsideratione tibi fructus occurrit: vt mortale qõ in te ẽ rõnale bũiliet. Et rursũ rõnale ⁊ mortale ꝓfortet. A facie ꝓsiderationis tue occurrat tibi homo nudus ⁊ pauper ⁊ miser ⁊ miserabilis hõ dolens q̃ hõ sit: erubescens q̃ nudus sit: plorãs q̃ natus sit hõ ad laborẽ non ad bonorẽ: hõ natus de muliere ait iob: ⁊ hoc cum reatu bzeui viuens tpe: iõq; cum metu repletus multis miserijs: ⁊ ꝑpterea cũ fletu: ⁊ vere multis qz cuz aĩe ⁊ corporis simul. Quid enim calamitate vacat nascenti in peccato: fragili corpe ⁊ mente sterili? Uere g̃ repletus cui infirmitas corporis ⁊ fatuitas cordis cumulat̃: traduce sorde mortis additione: salubris copula: ⁊ vt cogitans te summum pontificẽ attẽdas pariter ⁊ vilissimũ cinerẽ esse. Considera quis sis: quia. s. pontifex summus. Et nũc audi canticum meũ equidẽ munus suaue ſz salutare. Monstruosa res: gradus, sũmus: ⁊ animus infimus. Sedes p̃ma: ⁊ vita ima: lingua magniloqua ⁊ manus ociosa. Sermo multus: ⁊ fructus nullus: vultus grauis ⁊ actus leuis: ingẽs auctoritas ⁊ nutãs stabilitas. A moue speculũ: inspice tñ: ⁊ tu ne forte ⁊ si sit vnde merito placeas tibi: cui quo debeas displicere nõ desit. Omnia sibi delũt: qui nil sibi deesse putat. Quid si sũmus põtifex sis: nũquid quia sũmus pontifex: ió summus? Infimũ esse: si sũmum putas Quis sũmus: nisi cui addi non põt? Grauiter erras si te illũ existimas. Tu vero ꝓsidera: non ꝓsumatione sũmũ te dici sed compatione: nõ meritor̃ sed misterio rũ. Sũmum dixerim plane inter ministros. Consideres g̃ ait idem in si. 4. li. sanctã romanam ecclesiã: cui p̃es: m̃rem esse ecclias non dñam. Te vero non dñm ep̃or̃ sed vnuz ex bis. De cetero ꝓsidera oportere te esse formã iusticie: sanctimonie speculũ: pietatis exẽplar: assertorẽ veritatis: fidei defensorẽ: doctorẽ gentium: x̃pianor̃ ducẽ: amicũ sponse: sponse paranymphũ: cleri ordinatorẽ: pastorem plebiũ: mgr̃m insipientũ: refugũ oppressor̃: paupum aduocatũ: miseror̃ spem: tutorẽ pupilor̃: iudicem viduar̃: oculũ cecor̃: linguam mutor̃: baculum senũ: vltorem scelerum: malor̃ metum: bonor̃ gl̃iam: virgam potentuz: malleũ tyrannor̃: regum p̃rem: legũ moderatorem: canonũ dispensatorẽ: orbis terre lumen: sacerdotẽ altissimi: vicarium x̃pi: x̃pm dñi: postremo deũ pharaonis. Intellige que dico. Prouide si ꝓsideras: quãtus es cogita. Tertio ẽt q̃lis. Et hec ꝓsideratio tenet te in te: nõ. j. deiici nõ supra attolli: non euadere in lõgius: nõ extendi in lati⁹. Tene mediũ: si non vis pdere modũ. Locus medius tutus ẽ. Deniq; longitudo. s. nimia extermiuũ habere solet: ⁊ dilatatio sciſſuram ⁊ altitudo ruinã: ⁊ pfundũ absorptionẽ. Nunc vo longũ dico: cum hõ longiorẽ sibi pmittit vitã: quod ñ facit prudens: latũ sibi facit actũ: cũ in supfluas animus extenditur curas: quas tpantia moderatur. Altum vero cũ de se plus p̃sumit: a quo iustus se ꝓtinet. Profundũ vero cũ plus debito se deijcit: cui fortitudo resistit. Bene in ꝓsiderando qualis sis: ẽt qualis fueris ad memoriã revocanduz cõferẽdo posteriora priorib⁹. Profeceris ne in virtute in sapĩa in intellectu in suauitate moruz. An forte quod absit: ab his defeceris: patientior sis an impatientior. Solito iracũdior lenior ve: insolentior an humilior: affabilior an austerior: exorabilior an difficilior: pusillior animo an magnanimior: severus magis an pluscũlũ dissolut⁹: timoratior an ꝓfidentior pluscq; oportet: q̃ latus

tibi patet cāpus in hoc genere ꝓsiderandi. Non erit innocens: si aut punias eū: cui forte parcendū eēt: aut parcas ei: qui fuerat puniēdus. In tribulationibus quoq; qualē te inueneris: nolo dissimules. Si constātem in tuis: t dolentē in alienis gaude recti cordis hoc est. Fugienda est etiā ociositas mater nugax: nouerca virtutū: inter seculares nuge sūt: in ore sacerdotis blasphemie. Interdū tamen si incidant ferē de fortassis: referendo nunq̄: sede ad cachinos moueris: sedius moues.

Secundo admonet eū

considerare que sub ipso sunt: t hoc est totū mūdū: in cui⁹ signū t figurā fuit q̄ t ante resurrectionem t post resurrectionē apparente dño discipulis nauigantibus solus petrus in mare se misit: et sic venit ad ipsum alijs nauigio p̄ueuientibus. mare hoc seculū est: ait ipse ber. t aque multe sūt populi multi: naucule plures ꝑticulares ecclesie. apl'is igitur ceteris cōmisse sunt ꝑticulares ꝓuincie: vt ioanni grecia: mattheo ethyopia: bartholomeo india: iacobo hierosolyma t hi⁹. petro vero totus mūdus. Sic igitur omnibus debitor ē successor petri pontifex sūmus. Sapiētibus t insipiētibus iudeis t gētibus non vt p̄esit tm̄: sed vt ꝓsit in sollicitudine multa: vt operā det: vt incredulī ꝓuertantur ad fidem. Conuersi non auertantur: auersi reuertātur. Porro puersi ordinentur ad rectitudinē: subuersi ad veritatē reuocent̄ subuersores inuictis rōnibus ꝓuincantur: vt vel emēdentur ipsi: vel si fieri non pōt: auctoritatem facultatēq̄ ꝑdant alios subuertēdi: vt hereticos t scismaticos. hortatur etiā ipe ber. ipsum. s. papā ad mittendū ꝑdicatores ad paganos: exēplo grego. pape qui misit augustinum ad anglicos: t eos traxit ad fidē: admonet t ambitiosos reprimere dicens. An non limina apl'or plus iā ambitio q̄q̄ deuotio terit? an non vocibus eius toto die resultat palatiū vrm? an nō questibus eius tota leguz canonūq̄ disciplina insudat: an non spolijs eius ois italica inbiat inexplebili auiditate rapacitas. Reꝑhendit exinde iniustis t nimijs appll'onib⁹ que fiunt ad curiā dicens. Quousq̄ non euigilat ꝓsideratio tua ad tantā appellationū ꝓfusionem t abusionē p̄eter ius t fas ꝑter morem t ordinē fiunt. Non locus nō modus nō tempus nō causa discernit: aut ꝑsone ꝑsumuntur: leuiter passim plerūq̄ t nequiter volētes malignari. Mōne bis potissimū terreri solebāt? Nūc terrori ipi ex his magis fiunt: atq̄ id bonis antidotū versum ē in venenū? Et ꝓcluditur in bi⁹ dicens. Prorsus faciende t manutenēde sunt appellationes: sed q̄s extorsit necessitas: nō calliditas adinuenit. Usurpatorie sunt hi⁹ omnes nō subueniētes in necessitate: sed opitulantes iniqtati. admonet exinde abstinendū ab auaritia t muneribus dicēs. Pręes t singulariter ad quid? Nunquid vt de subditis crescas nequaq̄: sed vt ipsi de te p̄incipem te constituerunt sed sibi non tibi. Alioquin quo pacto te reputas supiorem bis: a quibus bñfactus vendicas? Parui deiecticq̄ est animi de subditis non ꝑfectū querere subditor sed questū ꝓpriū. In sūmo ꝑsertim omniū nihil turpius. auaritiaz aūt longe a te esse supra testatus sū: sciens quāta t in quāta tua necessitate respueris: ad te ꝓinde scripserim ista non ꝓpter te. Nempe qō tibi scribitur: soli ꝓdesse non decet: hic locus auaritiam capit: a quo vitio īmunis satis tua opinio ē. An t opus tu videris. Exemplificat de duobus archiepis. s. colonien̄si t magūtino: quor vnus magnā sūmam auri obtulit: vt ēparetur: sed vacuus rediit: alter iudicatus idoneus post grām receptaz in recognitionē aliquid spōte dedit: quod sibi restitui fecit. Inuebit ꝓtra exemptiones t dispēsationes: que fiūt a papa tanq̄ bñtes spēm mali dicens. Subtrahūtur abbates epis: epi archiepis: archiepi patriarchis siue ꝓmatibus. Bona ne species hec? mirum: si excusari queat: vel opus sit factitādo. ꝓbatis vos habere plenitudinez ptātis: sed vtr debeatis: questio est. inducit exemplum de ordinibus angelor: qui ita ordinant̄ sub vno capite deo: q̄ etiā inferiores ordines superioribus subijciūtur. Et loquitur de exēptionibus vel dispēsationibus: que absq̄ cā rōnabili fiūt. Ex quibus sequūtur: vt ipse ait: insolentie dissolutiones dilapidationes simulatōnes scādala odia t inter ecclesias, inimicitie graues ꝓpetesq̄ discordie. Et subdit ber. Non ꝓhibeo dispēsare sed dissipare. Nō audis: vt ignores dispēsatores vos positos in edificatione nō in destructione. Deniq̄ querit inter dispensatores: vt fidelis quis inueniat. Ubi necessitas vrget: excusabilis dispensatio est. Ubi vtilitas ꝓuocat: dispensatio laudabilis ē. vtilitas dico cōis non ꝓpria. Nam cū nihil hor est: non plane fidelis dispēsatio sed crudelis dissipatio ē. Demū solicitat eum ad faciēdū obseruare decreta: que ipse eugenius ꝓmulgauerat in remen̄. concilio spectantia ad honestatem habitus clericor t circa ꝓmotionem indebitam ordinū que mala obseruabantur.

De his que circa te

sunt: iquit ber. ad eugeniū. 4. li. Et si ipa etiaz sub te sint: tm̄ ꝓpriora t ea iporiora circa bi⁹ q̄q̄ sobria t intēta ꝓsideratione opus ē. Dec inquā circa te sūt: clerus t ppl'us tuus cui spāliter ēparis: ac ꝑ hoc spālis cure teneris debito: hi quoq; qui tibi quotide assistūt seniores ppl'i ordinis iudices: t qui ō domo t mensa tua sūt capellani t cubicularij ministri quiq̄ diuersis deputati officijs in obsequiū tuū: hi sunt qui nō verētur suscitare dilectā: t anteq̄ velit. Primo quidem cler illum ordinatissimū esse decet: ex quo ꝑcipue in oēm eccl'am cleri forma ꝑcessit. Deinde qō ꝓperā agit te presente id tibi turpius. Interest glorie sanctitatis tue: vt quos ꝑ oculis habes ita ordinati ita sint informati: q̄tenus totius honestatis t ordinis ipi spe-

eulum ipſi ſint forma. Inueniãtur prẽ ceteris oportz expediti ad officia: idonei ad ſacramẽta ad plebes erudiendas ſoliciti: circũſpecti ad ſemetipos cuſtodiẽdos in oĩ caſtitate. Quid de pplo loquar? ppls romanus ẽ. Nec breuius potui nec expreſſius tĩ totũ apire: de tuis xpianis parochianis quid ſentio. Quid tam notũ ſeculis q̃ pternia t faſtus romanor̃: gẽs inſueta paci: tumultui aſſueta: gens ĩmitis t intractabilis vſq; adhuc ſubdi neſcit: niſi cũ non valet reſiſtere. En plaga tibi incũbit: cura hanc. Noli diffidere: curã exigeris non curationẽ. Deniq; audiſti: curam illius habe: t non cura vel ſana illũ. Uer̃ dixit quidaz. Non ẽ in medico ſemp releuet vt eger. Ad melius. De tuis ꝓpono tibi. Paulus loquit: plus oĩbus laborauit: non ait plus oñibus ꝓfuit: aut plus oĩbus fructificaui. Nouerat hõ: quẽ docuit deus q̃ vnuſquiſq; ſm ſuum laborẽ accipiet non ſm puentũ. Et ob hoc in laboribus potius q̃ in puẽtibus gl'andum putauit: ſicut alibi quoq; habes ipm dicentez. In laboribus plurimis: ita queſo fac tu quod tuũ eſt. Nam deus qõ ſuum ẽ: ſatis abſq; tua ſolicitudine t anxietate curauit. Planta'riga: ſer curã: t tuas explicuiſti ptes. Sane incrementum: vbi voluerit: dabit deus nõ tu. Ubi forte noluerit tibi: diſperit nihil: omne papale negocium illi agunt. ſ. romani: quez dabis mihi de tota maxima vrbe: q te in papã ñ recepit p̃cio ſeu ſpe prẽcij nõ interueniẽte. Et tunc potiſſimuz volunt dñari: cũ pfeſſi fuerint ſeruitutez. Fideles ſe exponẽt: vt oppoꝛtunius fidelibus noceãt. Et hoc nõ erit ꝓfilium tibi a quo ſe arcendo non ſecretũ: q̃ ſe non ingerant: añ omnia ſapiẽtes ſunt vt faciant mala: bonũ aũt facere neſciunt. bi iniuſti terre t celo vtriq; iniecere manus. impij in creuz: temerarij in ſancta: ſeditioſi intricẽ: emuli in vicinos: inhumani in extraneos. Quos neminez amãtes amat nemo. Et cũ timeri affectant ab oĩbus: omnes timeãt neceſſe ẽ. bi ſũt qui ſubeſſe ñ ſuſtinent: p̃eſſe non nouunt: ſupioribus infideles inferioribus ĩportabiles. bi inuerecundi ad petẽdum: ad negandũ frontioſi. bi importuni vt accipiant: ingrati vbi acceperint: docuerunt linguã ſuã blandia loqui: cum opentur exigua: largiſſimi ꝑmiſſores t parciſſimi exhibitores: blandiſſimi adulatores t mordaciſſimi detractores: ſimpliciſſimi diſſimulatores t maligniſſimi ꝑditores: inuehit exinde contra honorẽ exteriorem t apparatũ curie dicens. Uides oẽm eccleſiaſticum zelũ feruere ſola ꝓ dignitate tuenda: honori totũ datur: ſanctitati nihil aut paꝛ. Si cauſa requirente paulo ſubmiſſius agere ac ſocialius te habere tẽtaueris: abſit inquiunt: non decet: tempori nõ congruit: maieſtati non conuenit: quam geras ꝑſonam attendito. De placito dei vltima mẽtio eſt ꝓ iactura ſalutis nulla cunctatio: niſi quod ſublime eſt: hoc ſalutare dicamuſ: t qõ gloria redolet: id iuſtum. Ita omne humile ꝓbro dicitur inter palatinos: vt facilius qui eſſe q̃ qui apparẽ velit: humilis inuenies. Timor domini ſimplicitas reputatur: ne dicam fatuitas. Uirum circumſpectũ t amicum ꝓprie ꝓſcientie calũniantur. hypocritã porro amatorẽ quietis t ſibi interdum vacantẽ inutilem dicunt. Quid ergo tu euigilas ne dum ad huc ad iſtos qui circũdederũt te laqueis mortis? Scio vbi habitas: increduli t ſubuerſores ſunt tecum: lupi non oues ſunt: taliuz tu es paſtor vtilis ꝓſideratio: qua forte inueneris: q̃ modo ſi fieri poſſit: conuertas eos: ne ipi ſubuertant te. Si dura fronte ſunt: durato t tu econtra tua. Nil tã dur̃ quod durioꝛi nõ cedat. Non eſt ſupuacua conſideratio: qua intendis diſponere domui tue puidere his qui in ſinu tuo t ĩ gremio tuo ſunt. Audi paulũ. Siquis domui ſue prẽeſſe neſcit: quomodo eccleſie dei diligentiam habebit? Et hec dicens. Non te moneo ſummis occupatum intendere infimis t minimis impendere quod maximis debes: at illa per te agens per te etiã oportet puideas: qui ꝓ te de his puideãt. Uacuum prorſus a ſolicitudine rerum minor̃ t vilium oportet eſſe animũ tam magniſ t tã multis intentum rebus. Oportet eſſe liber̃: quẽ nulla ſibi vendicet violẽta occupatio. Oportet eẽ ingenuũ: quez nulla deorſũ trahat indigna affectio Oportet eſſe rectũ: quem nulla ſeorſuz auertat ſiniſtra intentio. Oportet eſſe cautuz: quem nulla ſubeat furtiua ſuſpicio. Oportet eſſe vigilẽ: quez nulla a ſeſe abducat pegrina t curioſa cogitatio. Oportet eſſe firmũ: quem nulla ꝓcutiat repentina turbatio. Oportet eſſe inuictũ: quem nulla fatiget ꝓtinua tribulatio. Oꝛ eſſe amplũ: quẽ nulla coercet rei tpalis amiſſio: bis te nõ dubites t bonis priuandũ t ſeriẽdum malis. Si animum diuidens t dei rebus t tuis pariter reiculis noluerís impartiri. Procurãdus quez implices: qui ꝓ te molat: ꝓ te dico ñ tecum. Quedam per te met facies: quedam per te t alios ſimul: quedam per alios t abſq; te. Nõ eſt: q' inter iſta dormitet cõſideratio tua. Querẽdus ꝓinde fidelis t prudẽs quẽ conſtituas ſuper familiã tuam. Fidelis vt ñ fraudet: prudens vt non fraudetur. Adhuc inutilis eſt: ſi tertiuz deſit. ſ. auctoritas. Tali. ſ. fideli t prudenti ſubdendi ſunt oẽs: nullum patiatur cõtradictorẽ: nemo qui dicat. Cur feciſti ſic? vt poteſtatem habeat excludere t admittere q̃s vult: mutare miniſtros: tranſferre miniſteria ad quos t quando voluerit. Ita timori ſit oĩbus vt ſic et vtilitati prẽſit omnibus: vt omnibus proſit: t de omnibus clandeſtinas t ſuſſuraneas delationeſ non recipias aduerſus eum: ſed magis detractiones cenſeas: et hanc tibi velim generalem conſtituere regulam: vt omnem qui palam veretur dicere: quod in aure locutus eſt: ſuſpectũ habeas. Itaq; vnus omnibus facienda iniungant: t vni omnes reſpondeant. Tu illi habeas fidẽ vacanti tibi t eccleſie dei. Si quo minus aut fidelis inueniatur: aut prudens fideli potius cõmittendũ Sane t duobus tutius hoc quanq; ſi idoneus

non repitur:ꝛ ſi minus fidelē ſuſtinere potius cō
ſulo q̄ te īmergere laberynthō huic. Memento
ſaluatorem iudam iconimum habuiſſe. Deinde
reprehendit epiſcopos:qui nimiam diligentiam
habent de tēporalibus facultatibus:ꝛ quaſi nul
lam de animabus. Et poſt plura ſubdit. Non or
vt vitia domus tue vltimus ſcias:qō q̄plurimiſ
nouimus ꝓtigiſſe. Quapropter vt diximus:aliis
alia diſpenſet:de diſciplina tu ꝓuide. Illud nemi
ni credas. Si inſolentior corā te vel ſermo inſo
nuerit vel habitus apparuerit: manus tua ſuper
eiuſmodi:tu vlciſcere iniuriā tuā. Impunitas au
ſum parit:auſus exceſſum. Domū epi decet ſanc
titudo:decet modeſtia:decet honeſtas: quoꝝ di
ſciplina cuſtos:ſacerdotes domeſtici aut ceteris
honeſtiores aut oībus fabula ſunt:in vultu in ha
bitu in inceſſu illoꝝ qui circa te ſunt nil reſidere
impudicū nil indecens patiaris. Diſcāt a te coēpi
tui comatulos pueros ꝛ comptos adoleſcētes ſe
cū non habere. Certe inter mitratos diſcurrē ca
lamiſtratos non decet. Nec auſteritatem tamen
ſuadeo tibi:ſz grauitatem. illa infirmiores fugat:
hec reprimit leuiores. illa odibilem hec incontē
ptibilem reddit. Quid hac mediocritate gratius
vt nec de ſeueritate ſis oneri:nec de familiarita
te contemptui:in palatio papaz:domi te patrem
familijs exhibeas. ament te domeſtici tui:ſi non:
facito vt timeant. Utilis ſemper cuſtodia oris:q̄
tñ affabilitatis grā non excludat: Ille ꝓuenien
tior auidus ſi actu quidem ſeuerus ſis: vultu ſere
nus:verbo breuis. Capellani tui nō ſint ſine ho
nore:bis ꝓtenti ſint que tu ꝓuideris illis:tu vide
ne egeant ſup hoc q̄ forte ab aduētantibus pete
re deprehendes:iudica ꝛezitans:idem de hoſtia
rijs:idem de ceteris officialibus decernendū.

De his que ſunt ſupra

te in.v.li. admonet ꝓſiderandū. ſ. que ſunt in ſup
na patria:ꝛ ait:hoc vel ſolerter aduertas vir ſa
gaciſſime eugeni:quia totiens pegrinatur ꝓſide
ratio tua:quotiens ab illis rebus ad iſta deflecti
tur inferiora ꝛ viſibilia ſiue intuenda ad noti
ciaz ſiue petenda ad vſum:ſiue pro officio diſpo
nenda vel ad citanda:ſi tñ ita verſatur in his:vt
p hec illa requirat aut ꝓcul exulat. Sic ꝓſidera
re vel approbare repatriare eſt. Ibi ponit in.z.c.
tres ſpēs ꝓſiderationis. Et primā vocat diſpenſa
tiuā:que. ſ. ſenſibus ſenſibilibuſq̄ rebus ordina
te ꝛ ſocialiter eſt vtens ad ꝓmerēdum deū. Se
cundā appellat extimatiuā:q̄ prudenter ac diligē
ter queq̄ ſcrutans ꝛ ponderans ad inueſtigandū
deū. Tertiam appellat ſpeculatiuam: que in ſe ē
colligēs:ꝛ q̄tum in ſe eſt diuinitus adiuuatur re
bus būanis eximens ad ꝓtēplandum deū. Et ſub
dit:q̄ tribus modis deus ꝛ angeli eius nra cōſi
deratōne inueſtigātur:opinione fide ꝛ intellectu
quoꝝ intellectus rōni innitit. Fides auctoritati:
opinio ſola veriſimilitudine ſe tuet. Et declarat
quō de angelis quedā noſcimus intellectu. q̄daz
opinione:quedam fide:vt de his que tradit ſcri
ptura ſacra de ordinibus angeloꝝ ꝛ miniſtris eo
rum pulchra ꝛ deuota ſcribens de ſingulis ordi
nibus. Deinde de deo quō ſibi hoc verbū eſt cō
uenit:ꝛ quō dicatur eſſe principiū ꝛ quō ex ipſo
per ipm ꝛ in ipſo ſint omnia. Idem q̄ deus eſt:q̄
nihil melius excogitari poteſt. Et quo ſimplex ē
ꝛ nō ſolum vnus ſed vniſſimus. Nec trinitas p
ſonaꝝ tollit hanc vnitatem. ſ. ſubſtantie ſue deita
tis. Ubi etiam ponit octo differētias vnitatis:et
vltima eſt vnitas trinitatis:que omnes excellit:
ꝛ hoc in.9.c.ꝛ in.10.ꝛ in.ii. ponit de vnitate triuz
ſubſtātiaꝝ in vna pſona xpi. ſ. carnis aīe ꝛ verbi.
Declarat etiam quid ſit deus q̄tum ad effectus
plurimos quos opatur in creatura ꝛ pcipue ratō
nabili. Demuz exponit que ſit lōgitudo latitudo
ſublimitas ꝛ ꝓfundum in deo:quia longitudo ē
eternitas:latitudo charitas: ſublimitas potētia:
ꝓfundum ſapientia:in oībus alias in nobis au
tē habetur longitudo per pſeuerantiā:latitudo p
dilectionē. ſ. vſq̄ ad inimicos:ꝓfundum p humi
liationem ꝓſideratis dei iudicijs altitudinē per
ꝓtemplationē ſeu fiduciā ꝓmiſſorum.

De poteſtate pape in genere:vbi de ptāte or
dinis ꝛ iuriſditionis ꝛ interptationis. c.z.

Epoteſtate pape.

Nota q̄ cuius omnis poteſtas ſit a deo:
ꝛ abuſus ptātis ñ ſit a deo:ptās tñ pape p excel
lentiā ꝛ ſingulariuſ ē ab ipſo deo. Iſta tria pūcta
ſic declarant:primū ponit aplus dicens. Nō eſt
ptās niſi a deo Ro.13. Hoc aūt ſic declarat. Et p
bat aug. de ancho. in li. de ptāte pape qui alis inti
tulat ille liber de ptāte eccliaſtica:q̄ ſepe in hoc
titulo allegat. Deus eſt cā cuiuſlibet rei bītis en
titatē in bonitate in triplici genere cauſe. ſ. efficiē
tis formalis ꝛ finalis. Efficientis eſt igit oīs ptās
a deo rōne deriuatōis:ſicut. n. oīa entia cāntur ꝛ
deriuant ab vno ente:ꝛ oīs ſubſtātia ab vna ſub
ſtātia:ita oīs principatus cāliter deriuat ab vno
principe. Talis aūt princeps eſt deus. Unde ſcribit
ſapie. 6. Data ē vobis a deo virtus ꝛ ptās ab altiſ
ſimo:q̄ interrogabit opa vra. Et danielis. 3. Sci
ant gentes:qz dñatur altiſſimus in regno hoim:
ꝛ cui voluerit dabit illud. Secūdo ē a deo oīs
ptās formaliter rōne eius ordinatōnis. Nam in
quolibet principatu ē ordo quidā ſupiorꝛis ad in
feriorē ꝛ inferiorꝛis ad ſupiorem. Et q̄tumcunq̄
ſupiores vel inferiores ſint mali:ipſe tñ ordo de
ſe hz rōnem boni:qz etiā ipſa mala bñ ordinata
ꝛ loco ſuo poſita laudabiliora ſūt: ꝛ eminentius
cōmēdāt bonū:ꝛ ſemp ex tali ordine ꝓſurgit ali
q̄ bonū. Et ſic ex ꝑncipatu maloꝝ rōne ditine
ordīationis inſurgit aliq̄ bonū. Unde ꝛ aug. dicit
q̄ p ptātem a deo diabolo traditā iob pbatus ē
vt iuſtus appareret:petrus tētatus ne de ſe preſu
meret:paulus colaphizatus ne de ſe extolleret:
iudas damnatus vt ſe ſuſpenderet. Tertio eſt a

deo potestas finaliter rone eius reductionis. Na q̃diu sumus in hoc mundo: sumus in via z in q̃dam bello. In bello aũt necesse est: vt aliqui sint principantes: z alij sint seruientes. Et ideo q̃diu bellatores sumus z in exercitu: tãdiu angeli dñabuntur angelis z homines hominibus: quia tota ecclesia militans est terribilis: vt castrorũ acies ordinata. Sed cũ peruenerimus ad deum tanq̃ ad terminũ z finẽ nre felicitatis: non erimus amplius bellatores: nec necessaria erit amplius dominatio. Unde. i. corin. 15. dicitur: q̃ cũ ipse filius tradiderit regnũ. i. suos electos deo pri: tunc euacuabit oẽs principatus z omnis ptãs. Qz abusus pape non sit a deo ꝟ a malicia z prauitate hominum ꝓbatur ex hoc qõ dicit dñs per ꝓphetam. Ipsi regnauerũt: z nõ ex me principes extiterũt: z non cognoui. Fit aũt abusus ptãtis scõm augu. de ancho. tripliciter. Primo p prauã adeptionẽ. sunt enim aliqui qui ptãtem z principatus prauе adipiscũtur: quia vel per simoniã vel per minas vel per ambitionẽ. In quorũ persona dicit ꝓphe ta. In fortitudine nostra sũpsimus nobis cornu. Et leo papa. i. q. i. c. principatus. vbi ait. Principatus quẽ metus extorsit: aut ambitus occupauit: z si actibus vel moribus nõ offendat: ipsius tñ initij sui est pernicios⁹ exemplo. Secũdo p prauã eius executionem: qz z si legitime assecuti sint potestatẽ: tñ non vtuntur ꝓlatione ad vindictam malefactorũ: z laudem bonorũ. Sed econtrario ꝟm illud hester. 16. Multi bõitate z bonore. s. bonitatis qui est in eos collatus abutunt in superbiam. Et non solũ subiectos nituntur opprimere: sed ꝺatã sibi gloziam non ferẽtes in ipsos qui dederunt: moliũtur insidias. Et sic etiã intelligitur illud hieronymi. 8. q. i. Audacter fortasse aliquid dicimus: quod tñ scriptũ est dicimus. nõ semper princeps populi z iudex ecclesie per dei arbitriũ ꝺatur: sed ꝓpter merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri: z operamur maligna: ꝺantur nobis principes ꝟm cor nostrũ. Et inducit exemplum de saule: qui cũ factus esset rex populi iubente dño: vt habetur. i. Re. 9. c. dicit dñs non per se esse factum: sed quo ad abusũ eius potestatis. Tertio abutitur quis potestate z prelatione per prauam intẽtionem: sicut illi prelati qui z si bona z iusta faciunt in suo regimine: hoc non agunt ꝓpter iusticie obseruationẽ: sed ꝓpter sue glozie diuulgationẽ: ꝟm illud Job. 34. Regnare facit hipocritam ꝓpter peccata populi. Ubi greg. in glo. dicit: q̃ ptãtem principatus deus tribuit: elationẽ vero potentie malitia nostra inuenit. Qz ptãs pape sit singularius a deo q̃ alie potestates: declarat hoc tripliciter. Primo quãtum ad electionẽ. Secundo q̃tum ad eius gubernationẽ. Tertio q̃tum ad impugnationẽ z inobedientium sibi ꝓnitionem.

Quantum ad primum

sic declarat. Sicut deus generaliter habet eẽ in omnibus rebus per presentiam potentiã z essentiam: in suis tamen fidelibus habet esse quodaꝫ speciali modo. s. per gram z charitatem: sic licꝫ in electione omniũ potestatũ deus operetur: vt dictum est: quodam tñ singulari mõ operat in electione sũmi pontificis: qui suos fideles habet regere z ordinare ad cultũ dei. Unde multum peccant electores: qui huic singulari diuine prouidẽtie qua regit ecclesiam non innituntur.

Quantum ad secundũ

s. eius gubernationem q̃us deus habeat curam generalem omniũ rerum: singulari tamẽ modo habet curam de potestate sũmi pontificis regentis z gubernantis ecclesiam suã: Unde dicit chrysostomus in quadã omelia: q̃ magna cura ẽ deo de ecclesia sua non montibus circũdata: sed fide circũsepta. Nam ꝓpter ecclesiam celũ extensus est: aer spãsus est: mare diffusum est: terra fundata est: paradisus plantatus est: z multa mirabilia facta sunt ꝓpter ecclesiam. mare diuidebatur: et iterum suebatur: ꝓpter ecclesiam ꝓphete: ꝓpter ecclesiam apostoli: ꝓpter ecclesiaꝫ vnigenitus dei filius factus est homo. Ego ipsam statui inquit in psona xpi: qui celum fundaui: z angelos creaui. Sed ꝓpter celum crucifixus non sum: ꝓpter celum celeste corpus non accepi: nec naturam angelorum assumpsi: vt discas quoniã celo angelis z omni creatura singularior z honorabilior est ecclesia. Tertio ostenditur excellentia huius potestatis super alias quantum ad punitionẽ impugnantium z non obedientiuꝫ sibi. Erit enim summus pontifex in ecclesia vicem illius prophete: de quo dicitur Deutrono. 18. per prophetam: suscitabo vobis de fratribus vestris z cetera. Quicunq̃ non audierit prophetam illum ego vltor existam: penam. s. eternam z temporaleꝫ sibi infligendo. glo. dicit: ex quo verbo habetur q̃ impingentes in sũmum pontificem z resistentes sibi grandi pena puniendi sunt. Unde et ipse papa significatur per montem synai: de quo dicitur Exo. 19. q̃ die tertio descendit dominus in montem synai dicens filijs israel: Ne ascendatis in montem: nec tangatis fines eius: qui enim tetigerit morietur. Significatur enim summus pontifex per talem montem. primo enim rõne generalitatis: quia sicut mediante tali monte descendit deus coram toto populo iudeorũ: sic xps mediante potestate summi pontificis in lege noua descendit deus sup toto populo xpianorum. Secundo rõne sublimitatis: quia sicut ille mõs sublimior erat omni alio monte: ita papa sublimior ẽ omni alio prelato. Tertio rõne legalis veritatis: quia sicut de illo monte data est lex: ita ab ipo papa omnes leges z iura exquirenda sunt. Omnis ergo qui hunc montem ausu temerario tãgit impugnãdo vel sibi nõ obediendo debet mori nõ quocunq̃: sed lapidibus z iaculis confodiendus Unde symmachus ait. Quis sanctum esse dubitat:

quem apex tãte dignitatis attollit? dis. 40. non nos. Et boifa. bi⁹ culpas redarguere psumit moz taliũ nullus: qz cũctos ipse iudicaturus a nemine iudicandus: nisi deprehendat a fide deuius. Pro cuius ppetuo statu vniuersitas fideliũ tãto instãtius orat: qsto salutem suã post deũ ex illius incolumitate animaduertit ꝓpensius pedere di. ea. si papa. Et si contingat aliquos assumi ad pontificiũ: qui nõ sunt boni homines: sunt aliqñ tñ boni plati. Nã bonum hominẽ simpliciter facit sola charitas. Sed bonus platus pot esse p prudẽtiã z sciam: q̃ faciũt boiem bonũ ꝟm quid. i. ex parte intellectus: eo q̃ scõm ipsam pot esse vtilis ad regimen alioz. Dr. n di. lxi. q̃ rudibus z imperitis gubernacula ecclie nõ sunt cõmittẽda. Et in hoc etiã apparet singularis ꝓuidentia dei: qua regit ecclam suam mediãte etiã ptãte maloz boim bñ z vtiliter. Si aũt talis sit assũptus ad papatũ: q̃ sit malus bõ z malus platus: etiã nihilominus ptãs taliũ est a deo: z sub tali principatu predestinati purgãtur z saluãtur: z mali pterũtur z damnãtur Semp tñ bonozãdus est rõne dignitatis. Unde ber. ad eugeniũ li. z. ait de papa. Tu es sacerdos magnus z pontifex sũmus: tu princeps epoz: tu heres apl̃oz. Tu primatu abel: gubernatu noe: pfi/archatu abraam: ozdie melchisedech: dignitate aaron: auctozitate moyses: iudica tu samuel: ptãte petrus: vnctione xps. Tu es cui claues tradite sunt. hec ille. Et cũ hoc dixit: pasce oues meas io. vltimo. Sed hoc prius ꝓmiserat: cum dixit: tibi dabo z cetera.

De potestate ecclesiasticali largitate diuinali z sublimitate papali. c. 3.

Tibi dabo claues re

gni celoz. In qbus ẏbis tria pñt ꝓsiderari. Primo ptãs ecclĩasticalis ad plura se extendẽs: qz in plurali dicit claues regni celozum.

Secũdo largitas diuinalis ipam libere ꝓferẽs qz xps ẽ: g̃ ait: dabo: non vendã. Tertio sublimitas papalis eã plene suscipiẽs: qz. s. dicit petro z oĩ suo successoꝛi. Uñ tibi dabo claues regni celoz zc. In tota cõitate xpiana seu ecclĩa ẽ necessariũ vnũ solũ esse psidentẽ: quẽ dicimus esse papã successoꝛẽ petri. Hoc aũt ꝓbat hereueus in tractatu de ptãte pape rõe z auctozitate. Rõnẽ aũt inducit duplicẽ. Et prima sumit ex vnitate eccle z ẽ talis. In oi vno prĩcipatu bñ ozdinato ẽ vn⁹ solus sũmus princeps: ad quẽ ptinet regimẽ oĩm q̃ sunt de illo principatu: z in oĩbus que ptinent ad bonũ regimẽ illius principatus bñ dispositi. Sz principatus ecclie seu cõitatis xpiane ẽ talis vz vnus et bñ ozdinatus: g̃ oz habere vnũ solũz principl̃r psidentẽ: qualis ẽ papa. Maioꝛ ꝓbatur q̃tum ad tres ptes q̃s ptinet. Nã q̃ in vno pncipatu oz esse vnus solus psidens supmus: patz ex hoc: qz pluralitas principũ quoz vnus nõ subest alteri: repugnat bono reipu. qz vn⁹ posset destruere: qõ alius posset facere. Uñ ex hoc ꝓcludit phs xij. metaphysice: q̃ totius vniuersi ẽ vnus solus ꝓnceps dices sic: entia nolũt male dispõi: nec bona ẽ pluralitas ꝓncipatuũ: vnus est g̃ princeps. s. deus. Quãtum ad secũdã ptem maiozis. s. q̃ ille sit princeps oĩm de illo ꝓncipatu p̃z: qz si hoc nõ eẽt: ñ esset ꝓnceps totius ꝓncipatus si aliqs ñ eẽt sub eo. Quantũ ad tertiũ p̃z qz si ꝓncipatus et psidẽtia eius ñ se extẽderet ad oĩa que ptinẽt ad bonũ regimẽ illius ꝓncipatus: vt possz de oĩbus disponere: sua psidentia eẽt insufficiẽs ad bñ regẽdũ. Minoꝛ aũt ꝓbat. s. q̃ ꝓncipatus ecclie seu cõitatis xpiane sit vnus: qz xps dicit io. x. sit vnũ ouile. s. ecclie: p̃z etiã ex symbolo nicen cõcilij: z vnã sanctã catholicã z aplicam ecclam. Est etiã talis ꝓncipatus bñ ozdinat⁹: qz a spũ sancto regit ecclesia ꝟm aug. di. 8. qui ꝓtẽpta. q̃ errare nõ pot: Et ad instar hierarchie celestis optime disposite iuxta illõ exo. 25. c. oĩa fac ꝟm exẽplar qõ tibi in monte mõstratũ ẽ: g̃ oz esse vnũ psidentẽ ecclie s. papã. Scõa rõ sumit ex ꝓfozmitate fidei z moꝛũ: q̃ oz eẽ in tota ecclĩa dei: z ẽ talis. In tota vniuersitate xpiana oz esse ꝓfozmitas de his q̃ pertinẽt ad veritatẽ fidei z bonos mozes circa necessaria ad salutẽ. Sz tales cõfozmitas ñ pot saluari nisi in ozdine ad vnũ caput seu vnũ psidentẽ: ad quẽ spectat sñiare qd credendũ z qd agendũz: g̃ zc. Et intñ est iste ꝓncipatus vnus: q̃ nullus auctozitate hũana pot dirimere: ita q̃ nec papa cuz tota ecclĩa posset istã monarchiã mutare. Et rõ ẽ qz vicarius generalis in aliqua cõitate subiecta ñ pot licite facere ꝺrium: qõ ꝓncipalis dñs ozdinauit. Sz dñs iesus xps cuius papa ẽ vicarius: ozdinauit vnũ monarchã: vt pz q̃ illud: tu es petr⁹: z sup hanc petrã zc. Et si dicat: q̃ hec vnitas monarchie accipienda sit in ozdine ad vnũ pastoꝛẽ: g̃ ẽ xps: ñ valet: qz oz ponere monarchã: g̃ ꝓuerset cũ subditis: z eos regat ꝟm varietatẽ tpm z locoꝛ z psonaꝛ: z vnũ solũ ozdinauit xps tale. s. petrũ z successoꝛes eius. d. tu es pe. zc. z tibi dabo. Probat hoc idẽ auctozitate io. x. Fiet vnũ ouile z vnus pastoꝛ: z q̃ illud ẽ multiplex: sicut multiplex ẽ ozdo. Nã in quolibet septẽ ozdinũ impzimit spãlis character: qui ẽ quedã potẽtia spũalis ad agendũ ea q̃ ptinent ad illũ ozdinẽ. Sz de ozdine sacerdotij ẽ difficultas. Et cuz ait: tibi dabo claues re. ce. zc. p clauẽ intelligit ptãs ecclĩastica: z hec dr clauis q̃ similitudinẽ: qz sicut p clauem homo pot apire z claudere: ita q̃ ptãtem ecclĩasticã clauditur regnũ ecclie militãtis vel triũphantis indignis q̃ subtractionẽ absolutionis vel per excõicationem: z bene dispositis apitur per absolutionem a peccatis z a sententijs. Est autẽ duplex ptãs ecclĩastica. Unde in plurali dicit claues. s. potestas ozdinis et ptãs iurisditionis. ptãs ozdinis ibi. s. tibi dabo claues regni celozũ: et quodcunq; et cetera. Ubi dicit glo. ptãtem ligandi et soluendi vni. s. petro cõcessit: vt vos ad vnitatez

uitaret. Christus. n. principē apostolorum eius cōstituit: vt vnū principalem vicariū xpi haberēt ecclesia: ad hoc optime facit quod dicit cyprianꝰ 24. q. 1. loquitur. Constituit vicariū: cui dixit: pa. o. m. Sed ꝓmisit cum ait. Tibi dabo claues re. ce. rē. Per clauem intelligitur ptās ecclīastica. et hec dicitur clauis ꝓ similitudinē: quia sicut ꝑ clauem hō potest aperire ⁊ claudere. Ita per potestatē ecclesiasticā clauditur regnum ecclesie militantis vel triumphantis indignis per subtractionem absolutiōis vel per excommunicationē. Et bene dispositus apitur ꝑ absolutionem a peccatis ⁊ a sentētijs. Est autē duplex ptās ecclīastica. Una in plurali dicit claues. s. ptās ordinis ⁊ ptās iurisditionis. Ptās ordinis est multiplex sicut multiplex ē ordo. Nā in quolibet septem ordinibus imprimitur spālis character qui ē quedā ptās spūalis ad agendū. ordinata ea q̄ ptinēt ad illum ordinē. Sēz de ordine sacerdotij est difficultas. Et q̄ntus ad ordinem sacerdotalē est character impressus in aīa in susceptiōe sacerdotij indelibiliter a xpo vt a cā principali: ab eo vt cā instrumētali. i. q̄dam potētia nō innata nec acquisita sed a xpo infusa: q⁊ vz apire pōt regnū celoꝝ. s. cōficiēdo corpus xpi verū: ⁊ vt ita dixerim ꝑ cōsecrationē hostie faciendo celum apire: ⁊ xpm in sacro existere: hz etiaz ptātem sup corpus xpi mysticum. s. in absolutione sacramēti penitētie disponendo ad gram instrumentaliter. Sēz q⁊ istud ē magis obscurum. sciendū ꝯm beruēū in libro de ptāte pape: q̄ effectus sacri pñie cuius minister est sacerdos: ē remissio peccati actualis. hec aūt remissio haberi non pōt nisi ꝑ displicentiam ipius peccati actualis: inq̄ntum ē offensa dei: ⁊ ꝑ voluntatez est offensa dei: ⁊ per voluntatē satisfaciendi ⁊ soluendi emēdam per penā. Et q⁊ humana natura ē insufficiens ꝑ se ad talem displicentiā habendaz et talem voluntatē satisfaciendi: que sit deo accepta que quidē vocat cōtritio: ideo ꝓuidit nobis deꝰ de sacro penitentie: per qō minister ministrando tale sacrm possit in nobis causare talē dispositionem ad graz: per quā suppleatur defectus noster qui est ex parte opantis: q⁊ nō nisi per talē dispositionē cōiter attingitur ad contritionez: ita q̄ ex parte operis operati. s. sacri actio pertingit ad cōtritionē: immo oz ponere in ministro ptātem spiritualem: per quā vna cū debita forma verboꝝ causet talem dispositionē ad gram. Et hec est potestas characteris: que pōt esse sine ptāte iurisditiōis sic pz in sacerdote ñ hñte curā. ⁊ ecōuerso pt ee ptās iurisditiōis sine ptāte characteris: vt pz ī ñ sacerdote hñte curā aīaꝝ. Q⁊ xo peccatoz nō ē dignus reconciliatione cū deo nisi per talē displicentiā peccati ⁊ voluntatē soluendi emendaz: iō oportet q̄ minister ꝑ quē debet reconciliari peccatoz habeat ptātem iudicādi: vtꝝ sit dignus reconciliatione vel nō: ⁊ q̄ etiā habeat potestatē reconciliādi eum ⁊ repudiādi vel ligandi eius: si sit dignus penitētia reconciliāte eum ad iustam penā: ita q̄ materia sacri sit ps̄ona obligata stare sententie ministri absoluētis eū ⁊ ligantis eū ad penā iustam. Istud aūt requirit ptātem iurisditionis: quia nullus obligat alicui vel pene taxate absq̄ eo: nisi sit ei subiectus: ⁊ ꝑ conseqns habeat iurisditionē sup eū. Et ideo in ministro sacri pñie regritur vtraq; ptās. s. ptās characteris: q̄ est dispositio ad gram supplendo defectuz: qui est ex parte opis opantis. i. ex parte conatus peccatoris. Et ptās iurisditionis ꝫm quā peccator sit subiectus ⁊ obligatus suo ministro. Notandū est autē: q̄ cū queritur vtrū minister hñs iurisditionē sit de necessitate sacri penitētie: est quadruplex modus dicendi. Aliqui. n. dicūt: q̄ hic. s. minister habens iurisditionē nō est de necessitate talis sacri sed de necessitate p̄cepti ecclīe: q⁊ ecclīa sic p̄cepit: vt. s. quilibet annuatim confiteat̄ ꝓprio sacerdoti: extra de pe. ⁊ re. omnis. Hoc autē ꝓbant triplici rōne. Primo quidē q⁊ si esset de necessitate sacramēti minister hñs iurisditionē sup cōfitentē: sequeretur q̄ papa nō posset a quoq; absolui a peccatis: cū nullus habeat sup eum iurisditionē: sed hoc est falsum. Secūdo q⁊ in articulo mortis ñ pōt qs absolui a q̄cūq; sacerdote: sed solū a curato suo: quod est falsū. Tertio q⁊ in susceptione ordinis sacerdotalis constituit̄ quis mīster ad consecrandū corpus xpi: ita cōstituitur minister sacri penitētie. Sed in susceptione sacerdotij nō confertur aliqua iurisditio ordinato: q̄ non est de necessitate sacri penitentie: q̄ minister eius habeat iurisditōnē. Sed beruens reprobat hanc opi. vt erroneā ⁊ falsā. Et hoc ꝓbat ex ista rōne. s. ex forma ⁊ ex effectu ipius sacramēti penitētie: q̄ est absoluere ⁊ ligare: q⁊ absoluere vel ligare reū in quocunq; foro ptinet ad iudicem et ꝓsequēs ad habentē iurisditionē super eū. Sed minister sacri pñie absoluit penitentē in foro cōscientie: ⁊ ligat. s. obligando ad certā satisfactionē q̄ rē. Patz hoc ex forma: ego absoluo te rē. ⁊ auctoritate xpi dicentis: tibi dabo rē. ⁊ quecūq; solueris sup terrā rē. mat. 16. Sequeret̄ ⁊ aliud inconueniens ex hoc. s. q̄ confessius ei qui nō habuit iurisditionē: nō teneret̄ iterare confessionē: qñ hoc sciret: qō est falsū. Item ex hoc ⁊ aliud inconueniens seqūretur: vz q̄ quilibet sacerdos essz ꝓprius sacerdos: qō est falsum. Primā aūt illoꝝ rōnem sic destruit: q⁊ papa q̄uis simplr loquēdo nō sit subditus alicui iudici: tñ non sequit̄: q̄n possit se subijci alicui: qō facit: cū confitetur: nec alīs possz cōsequi effectum sacramenti pñie: nisi se subijciē do. Sēz pōt ad hoc eligere quē vult: ⁊ tenetur ei quem elegerit se subijcere in faciendo pñiam iniunctā ꝓ mortali. Secundā rōnez euacuat: quia vz intentio pape est quēlibet in articulo mortis licentiare ad subijciendū se cuilibet: cū deest prior prius sacerdos. Ad tertiā rñdet. d. q̄ in susceptione ordinis sacerdotalis cōstituitur quis minister sacramēti penitentie: q̄ntum ad illud ꝑ qō sibi competit disponere ad gram: mō supradicto

in ordine ad debitam materiam. Non tamē sub cōstituitur in susceptione talis ordinis in ordine ad materiā in quā debeat agere. In predicto.n. foro materia debita non solū ē peccator indigēs grā:sed etiā ois q̄ sit peccator obligatus sñie confessoris. Et hoc nō conferr̄ in illo ordine sz in collatione cure. Secūdi dicūt:q̄ ō necessitate sacrī pñie est iurisditio:t q̄ talis iurisditio ꝓferr̄ in receptione ordinis sacerdotalis. Qō ꝓbat. Primo quidē qz in receptōne sacerdotij dar̄ ptās remittendi peccata:vt ps ex forma que ibi dr̄. Secundo qz si hoc ñ esset:nō posset absolui peccator in articulo mortis a quolibet sacerdote: qō tñ ab oībus tenet̄. Sz hanc opi.vt falsā t erroneā reprobat ipse hereus. Nā ex hoc sequeret̄:q̄ vn⁹ sacerdos nō plus hēret curā aiar̄ q̄ alius si quic qd ptinet ad curā fm istam ptātem totū ē collatum in susceptione ordis. Item fm hoc in eccl̄ia dei nulla esset collatio cure aiar̄ nisi in susceptōe ordinis sacerdotalis:qz quicqd fit postea:magis debet dici solutio ptātis suspēse vel ligate q̄ collatio ptātis de nouo. Item fm hoc nullus ñ hñs ordinē sacerdotalē hēret curā:qō falsū ē. Primū enī motiuū hor̄ sic ōstruit.d. Necessitate sacrī sunt due ptātes.s.ptās characteris:q̄ facit ad cau sandū illā dispositionē ad grām. Et cū hac rōne materie requirit̄ ptās iurisditionis:t q̄libet facit ad remissionē peccati. Qñ g̃ dr̄:q̄ in susceptione sacerdotij dar̄ ptās remittēdi peccata :ver̄ est q̄ dar̄ aliqua ptās faciēs ad remissionē peccati:qz illa q̄ cāt dispōnem ad grām. Sz ñ dar̄ ois ptās faciens ad remissionē peccati:qz nō ptās iurisditionis:q̄ hūlitat materiā faciēs subiectā sacerdoti vt iudici suo. Ad aliā rōnem de articulo mortis dictū est supra. Tertij dicūt:q̄ de necessitate sacrī pñie ē iurisditio:sz illa iurisditio vt dicūt est arbitraria:ita.s.q̄ in arbitrio peccatoris ē subijcere se:cui voluerit se subijcere:ita q̄ q̄tū est de eo qō ē ō necessitate sacrī glibet a q̄libet sacerdote pōt absolui. Qr autē nō pōt absolui glibet a quolibet:hoc ē ꝓpter p̄ceptū eccl̄ie. Vñ quicunq; vadit ad aliū ꝓ absolutione:q̄ deputet papa vel p̄latus peccat:vñ non consequit remissionē peccator. Qr autē illa iurisditio sit arbitraria:pbant p hoc:qz papa nō pōt hr̄e iudicē nisi arbitrarium. Et per hoc qz glibet in articulo mortis a q̄libz sacerdote pōt absolui. hanc etiā vt erroneā reprobat:qz sequeret̄ ex hoc:q̄ ptās iurisditionis nō plus descēdit in inferiores positiue loq̄ndo a se de aplica q̄ ecōtrario: qz fm hāc positionē ptās iurisditionis p se loq̄ndo est in arbitrio peccatoris:q̄tū ad illud qō est sibi positiuū:qz papa vel alij plati p se loquēdo nullā curā conferūt: sz tollunt impedimentū:q̄bus peccator ipedit̄ ab eo: qō sibi de iure diuino cōpetit.s.ad hoc q̄ ē posse subijcere se cui voluerit. Ad rōnes aūt dicendū ē q̄ papa nō est astrictus alicui determinato iudici iure diuino vel hūano:licet iure diuino sit astrictus sese subijcere alicui:si vult hr̄e effectum sacrī Unde ipse potest se subijcere cui vult. Omnes aūt alij ab eo in vtroq; foro sūt sibi subditi sicut suo iudici. Et ideo nullus pōt se subijcere alicui alteri extra piculum mortis nisi de licentia sui.s.mediate vel īmediate. Est g̃ quarta opinio:quā tenz vt veraz:q̄ de necessitate sacrī pñie est minister hñs ptātem iurisditionis:qua ꝓfitēs sit astrictus sñie ꝓfessoris:quā ptātem dz habere mīster vel īmediate a deo:sicut papa hz sup totam eccl̄iā. Omnes autē ministri alij hñt hoc a papa vel ab ipso suscipiēte sacrm:vel subijciente se q̄tum ad illū q̄ iure diuino nulli determīato iudici est subiectus:sicut ps de papa. Est g̃ de necessitate sacramenti penitentie iurisditio ministri sup confitentē:t hoc ē de necessitate diuini p̄cepti non eccl̄ie tñ:ita q̄ papa hoc tollere nō posset:nec in sua p̄sona nec in alia. Unde papa nō potest absolui ab illo:cuius sentētie stare nō esset obligatus:ꝓpter quod si vellet confiteri alicui vt socio aut subiecto t nō vt iudici suo:q̄tum est de effectu sacrāmēti nihil fieret: sed in hoc differt de papa t de alijs:qz vt dictum ē:oēs alij a papa hñt iam iudicē ordinatū alīs determinatū:cui a deo sūt oēs alij subiecti.s.papā vel alium ex dispositione pape mediate vel īmediate:t ideo sine licentia eius mediata vel īmediata nō p̄nt se subdere alij. Qr aūt si fiat hr̄ subiectio seu cōfessio ī articulo mortis cuicūq; sacerdoti:cū deest ꝓprius:hoc intelligitur fieri de licentia interp̄tatiua pape. Sz papa qui nulli ē p̄sone determinate subiectus:potest in isto foro se subijcere cui vult:ad quā subiectōnē tenetur ex p̄cepto diuino si cōtingat eū peccare mortaliter. hec hereus t̄.

De potestate ecclesiastica signata p claues:vbi ponuntur septem potestates:in quibus petrus p̄cessit alios apostolos.c.4.

De potestate iurisditionis.

ri:qñ ignea ſunt:ſeqꝫ nunqꝫ a natali ſuo anglie mallet exiſſe:aut in clauſtro beati ruffi apud valentiã ꝓpetuo latuiſſe qꝫ tantas intraſſe ãguſtias niſiqꝫ diuine diſpenſationi reluctari ñ auderet. Hoc etiã ſepiſſime affirmabat qꝫ cũ de gradu in gradũ a clauſtrali clerico ꝑ oĩa officia in ſũmuz pontificem aſcendiſſet: nihil vnqꝫ felicitatis aut tranquille quietis vite ꝓtiozi adiectũ eſt ab aſcẽ ſu:ꝛ vt verbis eius vtar:in incude ꝛ malleo dilatauit me dñs. Sz nũc oneri qõ infirmitati mee impoſuit:ſi placet ſupponat dexterã:qꝫ importabile eſt mihi. Nõne miſeria dignus eſt: qui ꝓ tanta pugnat miſeria? Sit ditiſſimus q electus ẽ ſequenti die pauper erit:ꝛ infinitis fere creditoꝛibus tenebitur obligatus. Ambire vero ad ſũmũ pontificẽ ꝛ nõ ſine fraterno ſanguine ad illud ẽt aſcendere:ꝛ romulo ſuccedere in patricidijs nõ petro in ouibus paſcẽdis. Bene ꝙ dicit nõ tam nũcupatiue qꝫ etiã ſubſtantiue ſũmus pontifex ſeruus ſeruoꝝ. Seruiat enĩ ſeruis ſuarũtie.i. romanis.neceſſe eſt vt niſi ſeruierit: fiat aut expontifex aut exromanus. hec dicit dictus adrianus cuidã ſuo familiari dicto Johãni: vt refert Uinc. li.3.ſpec.hiſtoꝛ.c.3. Notandũ etiã qꝫ poſt petꝝ aplm ꝓmũ ſummũ pontificẽ alij ſuccedẽtes ei in papatu retinebant ſibi nomen ꝓpꝛium ꝓius habitũ in baptiſmo. Sed pⁿ quadringentos annos ab incarnatione ꝛ vltra ozdinatũ fuit ab ecclesia qꝫ in creatione ſũmi pontificis mutaretur nomen ꝓpꝛium. Qõ rationabiliꝫ factũ eſt triplici de cauſa: vt notat archi.ſup.6.in ꝓncipio. Primo exemplo xp̃i qui ſũmo pontifici quẽ ſuũ vicariũ dereliquit in terris:mutauit ei nomen ꝓ ꝓpꝛiũ. Naz ꝓius vocabaꝫ ſimon: vt pz matth.16. vbi xp̃s ei dicit. Beatus es ſimon bariona.i.filius Johãnis. ꝛ Joh.vlti. Simon Johãnis diligis me plus his? Sed xp̃s mutauit ei nomen vocans eũ cephas.i.petrus:vt pz Joh.3.qñ andreas frater eius adduxit eũ ꝓmo ad ieſũ. Secũda ratio eſt ad innuendũ:qꝫ totus dr̃ innouari in re ꝛ ſanctitate cõuerſationis: ſicut nutaꝫ in nomĩe quicqd eſt in eo de veteri hoĩe.i.defectuoſitatiſ ꝛ paſſionũ totũ a ſe auferat ꝛ exuat induens nouũ hominẽ:q ꝑm deũ creatus eſt in iuſticia ꝛ ſanctitate veritatis. Tertia rõ eſt ob quandã deceptiam nũcupationis ipſius. Nã aliqñ aſſumebantur aliquĩ:qui nũcupabanꝫ nominibꝰ nõ decentibus:ſicut dicit de quodam papa leone:qui pr̃ dicebaꝫ os porci. Qñ vero creatus eſt:ĩmediate affert coꝝ eo:vt dicit:tabula ſũmoꝝ pontificuz ꝓdeceſſoꝝ:ꝛ vnũ ex illis ad bene placitũ aſſumit. Uerũ eſt qꝫ ex nominibꝰ eoꝝ qui fuerũt ante ſilueſtrũ papã: pene nulli nuncupanꝫ niſi clemens ꝛ alexander. Sed ex omnibus eoꝝuz qui fuerũt poſt ſilueſtrũ:ꝛ eo nomine nũcupanꝫ cuz numero ſucceſſionis in tali noĩe. Unde ſub noĩe Joh.fuerũt.xxiij.iõ vltimꝰ vocatus eſt Jo.xz. Et ſub noĩe greg.fuerũt vſqꝫ hodie.xij.iõ vltimꝰ dictus ẽ gregꝰ.xij. Et ſub noĩe nicolai fuerũt.v.iõ q nũc viuit ꝛ regnat vocaꝫ nicolaꝰ.v. Anno dñi a natiuitate.M.cccc.xlvij.creatꝰ papa ꝛ de alijs Gregꝰ. autẽ magnus qui eſt ꝓmus in illo noĩe fuit ille qui hoc adinuenit: vt dicat ſe ſeruũ ſeruoꝝ dei: vt cognoſcat ſe maxime illũ:cuius vicarius eſt dominũ ſcilicet ieſum chriſtum debere in humilitate imitari: qui ait diſcipulis. Qui maioꝝ eſt veſtrum:ſit miniſter veſter:ſicut filius hoĩs non venit miniſtrari ſed miniſtrare matth. .20.ꝛ in vltima cena eis dixit. Ego in medio veſtrũ ſum:ſicut qui miniſtrat.

Titulus.xxiiij.de concilijs ſermo.

On abſcõdi miſe/

n ricoꝛdiã tuam ꝛ veritatẽ tuã a ꝯcilio multo:pſalmo.39. Propt̃ea pⁿ tituluz de ſũmis pontificibꝰ ponit vltimo de ꝯcilio:ñ qz ꝯciliũ ſit maiꝰ papa:vt de elec.c ſignificaſti.ſed quia concilium nõ ſolum comꝓhẽdit papam:vt caput quod eſt p̃ncipale in concilijs:ſed etiam ꝛ reliquum coꝝpus eccleſie: vt alios ꝓlatos:de quo concilio inquit ꝓpheta. Nõ abſcondi miſericoꝛdiam tuam tẽ. vt ait augꝰ.in libꝛo de ciui.dei.vt homo confidentius ambularet ad veritatẽ: ipſa veritas dei filius homine aſſumpto: non deo conſumpto veniens fundauit ꝛ ſtabiliuit fidem veritate pleniſſimam ꝛ miſericoꝛdiã fecundiſſimam: vt omnis qui credit in deum habeat vitam eternam. Joh.3.vbi admittur omnis miſeria. Cepit enim mediatoꝝ dei ꝛ hominũ homo xp̃s ieſus facere ꝛ docere.viaz enim dei in veritate docuit:vt contemnanꝫ terrena:ꝛ appetantur ſuperna: illuſtrentur hominũ coꝝda ad recte agenda. Tria enim ſunt vt ait Empedocles pⁿus in tota rerum varietate p̃cipua.ſ.nobilis affluentie contemptus:future felicitatis appetitus:mentis illuſtratio:quoꝝum p̃mo nihil honeſti⁹.2°.nihil felicius.3°.nihil ad amboꝝum conſecutionem efficacius. Philoſophus in libꝛo de vegetabilibus. Paſſionem miſericoꝛdiſſime ſuſtinuit ad redimendum genus humanum:ac etiam virtutem paſſionis in ſacramẽtis relinquendo. Unde ex latere eius pendentis in cruce exiuit ſanguis ꝛ aqua. Joh.19.que deſignat ꝓcipue ſacramenta:aqua baptiſmum qõ eſt ꝓmum ꝛ maximum ſacramentoꝝum in effectu efficaciſſimum ad delendum omnem culpã ꝛ reatum:ſanguis ad exꝓimendam euchariſtiã quod eſt finis omnium ſacramentoꝝum:ad qõ alia quodammodo ozdinantur:maximũ in eſſe memoꝛiale perbenne dominice paſſionis.

Hanc veritatem ꝛ miſericoꝛdiam deus humanatus nõ abſcondit:ſed patefecit ꝛ exhibuit mũdo.non abſcondit a concilio multo:dũmodo ſit concilium nõ conciliabolum:ꝛ ſynagoga ſathane congregatio.ſ.adunata:nõ niſi ad vnũ tendẽs .ſ.honoꝛez dei veritatẽ indagandã:ꝛ ſalutẽ ani/

.XXIIII.

marum ꝓcurandam:tale fuit concilium malignã tiũ christus obsidens: qñ collegerunt pontifices ꝛ pharisei concilium aduersus veritatem ꝛ misericordiam tractantes occidere christum :quod detestatus est Jacob patriarcha:cum in spiritu hoc prescisset: ait in concilio eorum non veniat anima mea:quia in furore suo occiderunt virum scilicet christum:gen̄ penul. virtuosissimum cõtra omnem misericordiam ꝛ veritatem. Simile concilium congregantibus hereticis et fautoribus hereticorum : abscondit deus ab eis veritatem fidei : ꝛ misericordiam saluatoris. Quale fuit concilium ariminense congregatum a cõstantino heretico ꝛ fautore arrianorum: quod ī eternum dãnatũ fuit:quia cõtra veritatem fidei di.15.sancta romana.ps.quoq; renuit sedẽ ī concilio vanitatis:ꝛ cũ iniqua gerentib⁹ non introire quale fuit consiliũ seu cõcilium qõ ꝯgregauit absolon cõtra patrem ad auferendũ ei p̃incipatũ ꝛ roboam cũ iuuenib⁹ occasio fuit scismatis ꝛ diuisionis regni vnius in partes duas:vt p3 in.z. ꝛ 3. Regũ li. hoc est cõcilium scismaticoꝝ scindere querentes sed nõ valẽtes tunicam xp̃i ĩcõsutilẽ cũ scindi vere nõ possit:qz vna est colũba mea : vt dr̃ Cãti.s.sacrosancta ecclesia:ergo recedẽtes ab vnitate ecclesie ista cõstituũt aliam ecclesiam ideſt synagogã sathane:sz ex̃ arcam.s.sanctam ecclesiã catholicam repti diluuio dãnationis abhorrent̃:quale fuit cõciliũ vel potiꝰ supciliũ presumptionis cõgregatũ ab hẽrico impatore quorũdã epor ad irritãdũ decreta greg.8.ꝛ deponẽdũ eũ:ꝛ alium non papã sed antipapã ꝛ antixp̃m instituẽdo simile cõciliũ basiliense congregatum pr̃⁹ canonice:sed potius dissolutionem eius seu mutationem per eugenium papam.4.anno dñi m.cccc.factũ est cõciliabolum ẽt latibulum serpentis antiq basilicũ generantis. Nã vt scismatici temere deponẽtes eugeniũ idolũ sibi statuerũt ducẽ sabaudie: felicẽ appellãtes cum felicissimus sit effectus.ab his ergo cõciliis vanitatis ꝛ malignitatis abscondit deus misericordiaz ꝛ veritatem:sz nõ abscõdit a concilio mꝛtoꝝ.s.tendẽtiũ ad vnũ scilicet cõseruationis vnitatis ecclesiastice: de qua dicit.z4.q.i.ibi vide de vnitate ecclesie. Jn cõcilio veritas credẽdoꝝ manifestat̃: ꝛ obscuritas omnis vel dubietas tollit̃. veritas conuersatõnis religiose per canones ampliatur. sacramentorum confectio:ꝛ ritus ꝛ ministratio: quibus homines misericordiam consequũtur in finuat̃.sicut autem verax ꝛ misericors deus ĩferiora corpora illustrat decorat ꝛ fecundat p corpora superiora:ita ꝛ animas fidelium irradiat p presidentes veritate doctrine ac morum:ꝛ a miserijs reuocet erroꝝ ꝛ viciorum. Creauit enim luminaria magna ꝛ posuit in firmamento:gen̄.i.fecit enim solem in potestatem diei:lunam ꝛ stellas in potestatem noctis.inquit p̃s.ad luminãdũ sua claritate:ꝛ vigorandum sua influenti virtuositate:per solem autez vt maius luminare intelligitur potestas ep̃alis:ꝛ per lunaz dignitas tẽporalis:vel mediocres prelati ecclesiarum:vt abbates priores ꝛ huiusmodi : per stellas auctoritas doctoralis ꝛ sacerdotalis curaz habentis aiãrum. hec sunt in celo ecclesie:ꝛ in cõcilio congregãtur. Primo nõ in sole sublimitatez positionis eleuatus enim sol a terra super nostrum orizõtez ascendit vsq; ad mediũ celi:ꝛ tunc virtutes vsq; ad punctũ declinatiõis fortiores efficiũt̃:qz cuz vita prelati proficientis ī spiritualibus eleuatur a terrenis:tota eccl̃ia ornat̃:ꝛ bonis operib⁹ roborat̃:eccles.26.sicut sol oriens mundo in altissimis dei:sic mulieris bone spẽs in ornamentum domus eius:lucerna splendens sup candelabrũ sanctũ:quedam gẽme sunt splendidiores in obscuro q̃ in luce:quia quidam ante prelationem satis commendabilis vite fuerunt:sed super candelabrum ecclesie constituti lucem in tenebras famam in infamiã conuerterunt:quibus melius fuisset sub modio latuisse q̃ cum infamia candelabrum ascẽdisse. Effundat ergo prelatus ecclesie radios vite exemplaris in omnibus factis suis:vt refulgeat sol in clypeos aureos:ꝛ resplẽdeant montes ab eis : hoc est a prelato in clericos suos:ꝛ a clericis fulgeat sanctitas ī laicis. Sit.n. purus animo:benignus eloquio:mansuetus obsequio:iustus in consistorio:largus in conuiuio: castus in thalamo:deuotus in choro : seuerus in occulto:honestus in publico. Secundo vtilitatem operationis.celum enim eius lumine illuminatur:ꝛ terra eius calore inflammatur : quia prelati doctrina illuminant.i.illuminare debent corda subditorum ad veritatem: ꝛ inflammant i.inflammare debent corda subditorũ ad charitatem. Sol enim est origo ꝛ principium fontale luminis.z. Reg.i.ꝛ calor̃is.z. Re.14.lux auroꝛe oriente sole mane absq; nube rutilat:dum p̃latus predicationi non vanitatibus aut scientijs secularibus vacat:que sunt sicut nubes vacuitatem non soliditatem habent : dicente hiero.doctore eximio. Nonne videtur vobis in nouitate sensus ꝛ obscuritate mentis ingredi:qui diebꝰ ac noctibus dialectica arte torquetur:qui physicus pscrutator oculos trans celum leuat:vltra,p fundum terrarum ꝛ abyssi in quodaz inane mergitur:qui tantam metrorum siluam in suo studiosus corde congerit ꝛ distinguit:di.37.hic ꝛ ꝓdigꝰ filius siliquis porcorũ pascitur:q̃ istant non satiant:sed doctrinis sacris vt veri solis ĩflãmãt̃ homines ad charitatez.i. Re.z. Eras erit vobis salus:cum incaluerit sol:vbi enim lumẽ solis diffunditur:non facile inueniuntur venena peruersorum dogmatum :nec vbi calor eius inflammat:gramina leuium ꝛ fragilium morum perseuerant:quia Jacobi.i.dicitur. Exortus est sol cũ ardore:ꝛ arefecit fenum. Tertio sol habet vo lubilitatem circuitionis:oritur enim sol ꝛ occidit:ꝛ ad locum suum reuertitur : ibiq; renascẽs gyrat per meridiem:ꝛ flectitur ad aquilonem:

ecclē.i.oritur ſol. quando bona vita prelati declaratur:occidit cum orationi vacat:publicis aſpectibus ſe ſubtrahit:gyrat p̄ meridiem:cum ex zelo ſeruoꝝ diligenter viſitat cōmiſſaꝫ ſibi plebem:ſed tamen ad locum ſuum reuertitur: cum ad conſcientiam ſuam ingreditur ⁊ flectitur ad aquilonem: quando in humilitate ſe cuſtodit: habens p̄e oculis ventum illum aquilonarem turbidū ſcilicet penā gehēnalez ſicut beſdre.

Quarto velox eſt curſus ſolis et conuertit in gyro celum in locum ſuum in vno die:quia licz firmamentum quotidie reuoluendo ſolem rapiat:ſecum tamen ſemper in fine anni reuertitur: quaſi ad punctum ꝓpriuz:ſic prelatus dum multa egit:dum vltra ſe rapitur ad ſeipſum ſolicitus infirmitatis freno reuocetur. Si ergo epiſcopi ⁊ alij prelati ad p̄lationem bene veniant: imitant̄ ſolem in nobilitate conditionis:ſi in ea bene viuant imitant̄ eum in ſublimitate poſitionis:ſi bñ doceant:imitant̄ eum in vtilitate operationis:ſi humiliter ad ſe redeāt:imitantur eum in volubilitate regyrationis. Lune comparantur rectores temporales vel mediocres p̄lati eccleſiarū qui lumē recipiunt a ſuperiori prelatura: ſicut luna a ſole. Scōm enī ſeculi ſapientes luna a ſole lumen recipit:ſic rectores ſeculares ſaltem ī ſpiritualibus a p̄latis eccleſie habent gubernari:vt inferior a ſuperiori: vt p̄z di.96.duo ſunt. Eſt autē luna ſm Iſidorum menſura temporis dñatrix maris miniſtra roris. Unde ex luna colligimus varietatis initium:humiditatis dominiū:ſerenitatis preſagium:vt ſint ſeculares rectores:vt p̄lati mediocres: vt abbates ⁊ priores diſcreti in diſpenſatione p̄ temporalem ꝓuidentiam:ſeueri exterius in culparum correctione per iuſticiaꝫ ſereni luminis:per clementiam in penarū mitigatione. Eſt ergo luna varietatis initium. Nā ſm philoſophum a circulo lunari temporalia ⁊ cauca incipiunt:p̄s pſalmo. Fecit lunā in tēpore ſingulis noctibus nō mutato ſubiecto figura lune mutatur:quia p̄o neceſſitatibus ingruentib⁹ ab eodem prelato temporalia prouide diſpenſantur.ſeneca. Si prudentiā amplecteris: vbiqz idem eris:⁊ ꝓut rerum ac temporū varietas exigit: ita te accōmodes tempori: nec te aliquibus mutes ſed potius aptes: ſicut manus que eadez eſt:cum in palma extenditur: ⁊ cum in pugnum conſtringitur:nec eodem modo credimus prelatum ſe habendum ad omnes. Naz elleborus vno modo cibus eſt:alio modo venenum: alio modo medicamentū:⁊ idem panis qui hominē nutrit: accipitrem interimit: et leuis ſibilus qui equos mitigat:catulos inſtigat:eccle.43. luna in omnibus in tempore ſuo oſtenſio temporis ⁊ ſignum eui eius. Summopere autem cauere debent rectores cupiditatem:vt radicem omnium malorum. Nec enim inducit ad leges iniquas condendas ad libertatem eccleſiaſticam infringendam:ad nouas pedagia inuenienda: vel antiqua augenda contra canonicas ſanctiones. Nec iuſtis talijs populos grauat:eccleſias ſpoliat:ſimoniam in beneficijs ꝓcurandis multiplicat pietatem eliminat: theſauros nō tam auri q̄z criminum cōgregat.hec fouet litigia:ſuſcipit bella iniuſta:vendit officia:peruertit iudicia:nec abſtinere nouit a vetitis:nec gaudere conceſſis:nec veritati adhibere conſenſum permittit. Eſt etiam luna habens humiditatis dominium: humoreꝫ enim illum quem calor ſolis arefecit de die: luna roriflua reponit de nocte:vnde qui ſub lumine lune dormiunt:capita ſua humectata ſentiūt ſm illud cant̄.5.Caput meum plenum eſt rore:⁊ cincinni mei guttis noctium: propter quod vocabant gentiles lunam reginam celi: biere.7.et .44.⁊ ſapien.13.ſolem ⁊ lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt. Gratiam enim quaz ardor peccati ſiccauit:iuſticia prelati corripiendo reducit:p̄s.pſalmo.71. Orietur in diebus eī⁹ iuſticia ⁊ abundantia pacis:donec auferatur luna. Luna aufertur quando ſeneſcit ⁊ deficit: cui⁹ defectu omnia elementa patiuntur. nam vacuitas ⁊ vanitas tunc inuenitur in cerebris pecorū in viſceribus marmorum: in medullis arborum ⁊ ligna tunc ceſa cito conuertuntur in puluerem ſic ablata iuſticia membra eccleſie in diſſolutiones adducuntur: vt enim ait Auguſtinus in lib⁹ de ciuita.dei.amota iuſticia quid ſunt regna niſi magna latrocinia. In concilio ſenatorum prolixius diſſeruit lelius rempublicam diu nō poſſe conſiſtere:ſed ruituram fore.oportet ergo principes punire facinora:debellare ſuperba.exterminare abuſionuz vetuſta:probos exaltare magnificare rectos. Eſt etiam luna ſerenitatis preſagium:quia ſm beatum ambro.in exameron.ſi luna.4.ſerenitatem oſtendat:totus etiam ille dies:⁊ qui naſcentur ex illo exactus ad menſē vento pluuijſq̄z carebunt:quia rector quadratus virtutibus ⁊ perfectus:nullis exagitatur turbulentis impreſſionibus:ſed eſt ſicut luna plena luciduz ⁊ ſerenus:eccle.6.quaſi ſtella matutina ī medio nebule:⁊ quaſi luna plena in diebus ſuis lucet: ⁊ quaſi ſol refulgens: ſic iſte refulſit in templo dei. Sicut enim ſtatus gratior eſt ad videndum:quando ex ſerenitate luminarium dies eſt ſerenus ⁊ purus: q̄z quando omnia quatiuntur fragoribus ⁊ intermicantibus fulgoribus ⁊ celeſtibus ignibus:ita ſe habet in eccleſia:cuiz rector vel prelatus eſt non turbidus:ſed pacatus: ⁊ ſicut pueri gratulantur ⁊ gaudent ad aſpectum ſereni ſolis:ſic ſubditi ex clementia paſtoris letantur:ſed fugiunt turbidum ⁊ crudelem:ſicut animalia puſilla leonem ⁊ draconem:p̄s. Thronuſ eius ſicut ſol in conſpectu meo: ⁊ ſicut luna perfecta in eternum.pſalmo.88.quia in prelato perfecto clementia non habet intra defectum. Prouerbio.20.c.dicitur. Miſericordia ⁊ veritas cuſtodiunt regem: ⁊ clementia firmatur thronus eius. Stellis etiam comparantur inferiores

doctores ⁊ prelati: qui i nocte gratie ſm ſuas vicissitudines illuminant mundum: ſicut ſtelle de nocte celum: eccle. 43. ſpecies celi gloria ſtellarum mundum illuminans in excelſis dominus: ⁊ daniel. 12. dicitur. qui ad iuſticiā erudiunt plurimos: quaſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. ſ. fulgebunt: que eruditio peroptime fit pagina ſacra Sicut enim ſtellas non entinguit nox: ita mētes fidelium inherentes ſacre ſcripture firmamēto non obſcurat mundana iniquitas inquit zephirinus papa diſ. 38. conſideratur autem in ſtellis actus naturalis: effectus actualis: motus circularis: curſus canonicus ⁊ regularis. Lucent enīz ſtelle naturaliter: illuminant accidentaliter: mouentur orbiculariter: currunt indeclinabiliter et regulariter. Debent enim tales lucere in ſeipſis per puritatem conſcientie: illuminare ſubditos ꝑ claritatem fame: moueri orbiculariter: id eſt faciliter per promptitudinē obedientie: ⁊ hoc quātū ad ſuperiores currere regulariter quo ad deū per ordinem intentionis recte. De primo apoca. .5. Ego ſum genus dauid ſtella ſplendida ⁊ matutina. ſplendida vt non ſit concupiſcentia in aſpectu: laſciuia in aſpectu: īmundicia in tactu: luxuria in actu. Lux enim diuina quanto mutabilius fulget: tanto penetrabilius videt: ⁊ cum nos videri non credimus: velut in ſole oculos clauſos tenemus: ⁊ deum nobis: ⁊ nō nos deo abſcondimus. De ſecūdo matth. 2. Stella antecedebat magos: donec venirent ad locū vbi erat puer. Stelle lumen ſm philoſophuz nihil aliud eſt: niſi lux ſui orbis circūquaqz diffundens radios ſue claritatis: quia ſacerdotes ⁊ doctores diffundere debēt lucem ſui nominis ex bona doctrina ⁊ fama illuminare: ⁊ conuertere populum ſicut ſtella magos reduxit ad chriſtum: que licet illuminet tenebras noctis: tamen diſparet eorum lumen in preſentia ſolis: nam eorum famam ſecretius opera eorum diffundunt: cum fauorem humanum non appetunt: ſapi. c. x. Fuit illis in velamento diei ⁊ in luce ſtellarum nocte. Et vt dicit greg⁹. in paſtorali. Officium preconis id eſt docentis ſuſcipit: quiſquis ad ſacerdotium accedit. Unde in ornamento ꝑmi ſacerdotis: quod dicebatur rationabile ante pectus erat poſitum ſcriptum manifeſtatio ⁊ veritas. Et chryſo⁹. dicit ꝙ ſacerdos debitor eſt vt veritatem quam audiuit a deo in ſcripturis: manifeſtet populo: aliquin proditor eſt veritatis .ii. q. 3. nolite timere.

De tertio baruth. 3. Stelle dederunt lucem in cuſtodijs ſuis: vocate ſunt ⁊ dixerunt: adſumus quia poſtqz laudabiliter conuerſati ſunt clerici in locis: ⁊ vocātur ad beneficia ⁊ officia: nō querunt dilationes: non ſubterfugia: non priuilegia nō dimittunt minus beneficium pro pinguiori cum viderit ſe proficere poſſe in minori: ne ſint ſicut lenones: qui minus pulchras concubinam dimittunt pro pulchriori. De quarto iudicum. 5. Stelle manētes in ordine ⁊ in curſu ſuo contra ſyſaram pugnarunt: id eſt diabolus qui nos excludere nititur a gaudio. Sic enim interpretatur ſyſaram expugnauerunt: nihil enī ita expugnat diabolum: ſicut habere rectitudinem intentionis ordinate ad deum. Tunc autez mihi videtur intentio ordinata in doctore ⁊ ſacerdote: quando timorem ſuſcipiendi officium concipit ex dilectione dei: ⁊ tamen quodammodo ſolicitudinem appetit ex edificatione proximi: et in dubio conſtitutus intra ſe recurrit ad examinationem ſui: ⁊ puritatem ſuam conſpiciens: ⁊ ꝙ ita expedit videns deo humiliter obedit in ſuſceptione officij. Timebat hieremias ire ad predicandum: apparebat Iſaias: recurrebat ad cōſcientiam ſuam moyſes: ⁊ poſt excuſationē humiliē ſuſcepit officij executionez. Superbia enī eſſet ſi tantum officium aſſumeret ſine timore. Superbia nihilominus ſi deo reſiſtit pertinaci mente: ⁊ ſic patet de doctorum ⁊ ſacerdotū gloria curatorum comparata claritati luminarium que lucent: ⁊ a multis miſerijs nos ſubleuant: ſic epiſcopi ⁊ prelati ſuperiores mundi principes ⁊ rectores tenebrarum harum doctores ⁊ curati quiqz luceant veritatis doctrina: miſereantur ſibi ⁊ alijs perfecte conuerſationis ſanctimonia: vt quilibet dicere valeat. Non abſcondi miſericordiam tuam ⁊ veritatem tuam a concilio multo. Sed o dolor: o pudor: o magna miſeria mundi. nam ſigna que dominus predixit contingere perituro ſeculo in ſole luna ⁊ ſtellis. Luce. xi. ſigna ſcilicet ignominie que deſcribit Iohel propheta. 2. c. ſcilicet ſol ⁊ luna obtenebrati ſunt ⁊ ſtelle retraxerunt ſplendorem ſuum: impleri quotidie cernimus: vt non ſit veritas: nec miſericordia inueniatur in terra: vt dicitur oſee.

Nam quantum ad ſolem prelationum epiſcopalium obtenebratum omittendo ꝙ olim deus hunc fabricauit ſm illud. ps. 85. Tu fabricatus es aurorā ⁊ ſolem: quia ad prelaturam vocati latebant: fugiebant: cogebantur: inuiti detinebantur: vt eccleſiarum curam aſſumerent: nō frequentabant curiam: non faciebant ſibi caudam: non prouocabant ad appellationem friuolam: ſed nunc ſimulachrum ſolis fabricatur manibus hominum: ſm illud pſalmo. iij. Simulachra gētium argentum ⁊ aurum opera manuum hominum: quia per ſimoniacam prauitatem quedam ſtatue prelationē acquirunt: ſed vt dicitur hiere. 43. Conteret deus ſtatuam domus ſolis: que ſūt in terra egypti: ⁊ cum vnus prelatus aliquando fabricatur de vili materia: congregant ad eū cōſanguinei ⁊ nepotuli: vt tota progenies videat in eo epiſcopatu. Prelati autem fabricati quaſi ſemper ſunt ſub tutela: ita ꝙ plures epiſcopi ſint in vna dyoceſi: ⁊ ſm philoſophos aliquando videntur in celo duo ſoles: ſed vnus nō eſt verus ſol: ſz q̄dam nubes ſimillima ſoli: ⁊ vocat parellion: q̄ ſignū ē future inundatiōis: ita ⁊ hoc ſignū ē future ſubuerſiōis de ꝓrio eccl̄ie. Sublimitas

positionis solis degenerat per vite depressionem.2.paralip.18. Mortuus est achab rex mutato occidente sole:& sol occidit cū platus abarce sapiētie terrenis incūbit. Nō decet pastores more pecoris vultu deiecto in terram celi contemplatione reiecta sensibus incubare corpori/is:inherere terrenis:sed que sursum sunt sapere: celum mente suscipere:alioquin que differentia pastoris et ouis. Que vtilitas construere varia castra & turres fimo & tecta agri sationarius impinguare:si rigor penitentie relaxatur:si in cultura dominice messis nec auellitē spina nec extirpatur tribulus nec triticum verbi domini seminatur? Nunquid domini cura est de bobus & asinis de legibus extorquendis:de registris antiquissimis expiandis p pecuniam:& non de animabus saluandis? vtilitas operationis solis degenerat p ocium & torporem:quod figurabat iacob:gen.28. Volebat enim requiescere post solis occubitum & ipsi scilicet curati post feruores charitatis extinctum nō corrigunt excessus: accipiunt ꝑcurationes: nō exercent curationes: sꝫ magis exultationes:quia postq̄ de locis post visitationem recedunt:ipsa frequenter in deterio/ri statu relinquunt:& mala que fuerant ante sopita: reuiuiscunt suscitata & publicata.i.macha.12. Conuenerunt vt edificarent ciuitatem: & cecidерunt muri:ducunt familiam infinitam:expetunt mensam ferculis oneratam. Occurrunt milites & scutiferi ex diuersis locis: & quia timēt religiosi pauperes vim compulsiuam:ablatiuam & inquietatiuam comedunt:iacent ibi.ꝑs. Ortus est sol & congregati sunt:& in cubilibus suis collocabuntur.proponunt psonas indignas:faciunt fieri receptiones prauas:suscitant eis angarias exactiones:impediūt correctiones: īras suas defacili decedūt regularib⁹:ne post factā receptionez vel appellationē gs violēter eijciat vel iniuste vexetur:quousq̄ causa eius coram episcopo canonice terminetur. In quibus dissolutionis fomes & dissensionis incendium cōtinetur.crescunt crimina correctiones mutant: postulant iudicem ordinarium:conflant excusatiōes:patrocinia requirunt: & que secretius in capitulo corrigi debuerant: in consistorio publice ꝓponuntur: ecclesia.3. Vidi sub sole in loco iudicij iniquitatez & in loco iusticie impietatem: & hoc multum deformat sanctitatem ecclesie: & veritatem reddit obscuram:volubilitas regnationis degenerat in spiritus defectionem. Joh.2. Spiritus in prelato deficit & caro efficitur:quia ad secretum mentis non reuertitur.eccl.17. Quid lucidius sole:et hic deficiet:aut quid nequitius:q̄ quod excogitauit caro & sanguis:& hoc arguetur. Arguamus igitur tales carnales prelatos: qui perdunt glorie sue titulum: intrant conscientie scrupulum: scandalizant populum: ingerunt nepotulis suis periculum: quia dum conferunt nepotulis suis male meritis beneficia ecclesiastica:sunt eis multorum peccatorum & periculorum occasio & causa. Fragilem enim murum ponunt in fundamēto edificij:& eos qui preliari nesciūt:& primo cornu vbi est pondus prelij:& eos in sublime extollunt in presagium future suspendij: & mari turbato dant eis regem nauium in periculum naufragij:& ideo quia seminant in carnem de carne metent corruptionem:& iste sunt quatuor passiones solis: propter quas hic dicitur sol obtenebrari. Nube igitur tegitur:dum prelatus ad prelationem accedit per ambitionez:ezech.32. Solem nube tegam:fragilitas nubis vanitas ē ambitionis. Eclypsim patitur:cum in prelatione lumen suum perdit per vite depressionem:quando descendit vsq̄ ad temporalium opacitatem: Jobel.3. Sol conuertetur in tenebras a feruore suo remittitur per torporem:ideo nemie.7.c.dicitur. Non aperientur porte vsq̄ ad calorem solis:quia refrigerium feruoris spiritualis in prelatis causa est damnationis in subditis:quare nō aperitur ianua paradisi eis de natura creature: & in nihil vel in primam materiaz sol resoluitur: cum reuertitur ad carnis corruptionez. Sic enī prelatus deficit: & cū tempore motus solis transit:eccl.3. Omnia tempus habent: & suis spacijs transeunt vniuersa sub sole. Male ergo accedit male viuit male officium facit male in se reddit sol & luna &c.

Vidimus de ignomi/

nia solis quantum ad prelatos superiores:videamus de illa quo ad mediocres seu dominos temporales: sub ratione lune in eis degenerauit sapientia & prouidentia:que debet esse in eis:degenerat per negligentiam & ignorantiam: iusticia per licentiam:clementia per seuitiam. Jnde est q̄ quattuor passiones legimus in luna: luminis defectionem:itineris consueti inordinationem: macule infusionem:sanguinis infectionē:ad ista quatuor designanda. De primo ꝑs. Scōm aliaz litteraz peccatores intenderunt arcum pa.sa.su. in pha.vt sagitent in obscura luna rectos corde. Heretici enim sicut fures noctiuagi:aut sicut vespertiliones lucifuge:dormiunt de die & vigilāt de nocte:& suarum falsitatum sententijs ecclesiam impetunt sub prelatorum cecitate. Vacant ergo prelati iure ciuili:& male resistent emergentibus periculis fidei. Scimus q̄ demones procurant ignorantiam doctorum et silentium: vt cadat populus sine lumine in precipitium:& cuz soluetur sathanas:& erit ī maxima potestate: tūc conticescent verba doctrine: & implebitur illud ysaie.12. Luna nō splendebit in lumine suo:& visitabit dominus super orbis mala: & propē hoc animarum perditio: quia cessante lege diuina in prelatis: quibus incumbit ex officio docere: silente iure positiuo cōsuetudines humane sunt in exercitio: & si vnaquaeq̄ pars proprium dirigit artificem in finem suum:sicut lex diuina non

.XXIIII.

requiritur ad causarum forensium strepitus: ita nec humana necessario ad salutē aīaz. De scō in apocliphis besdre scribit: q sol subito relucescit noctu z luna ī die: hoc ē negligētia z inordinatio plator̄ z rector̄ seculi: qz viri spūales z sapientes: quasi sepeliunt̄ z viles z instabiles p̄ficiuntur: eccl'. 27. Stultus vt lana mutat̄: z qz prelati sūt hodie sub tutela: iō tot plati quot officia: tales etiā constituunt̄ in suis officijs: qui scā dalizant populum z velut exactores fiscaliū tributorū quintum humorem purgantes cum medicina nimium laxatiua spiritū extrahunt: dum victum auferunt miserorum. De. 3. puerbio. 7. Uir nō est in domo sua ꝛc. In die plene lune reuersurus: mō enim nō est luna plena: qz nō ē sine macula: sed impura: quia nō sumus sine fragilitate humana: que nimis inualescit in eis: q permittūt subditos p campos licentie vagari ad p̄cipitia. Nam qdam ex pigritia z pusillanimitate nō corrigūt: qdam qz reprehensibiliter viuunt: quidam quia p indiscretā humilitatē auctoritatem corripiendi pdiderunt: quidā quia fauorez subditor̄ querunt. Quidam quia tantum creuit malicia p consuetudinē obdurata: q eam amouere nō p̄nt: z sic a modica scintilla augeť ignis: a modica ruina submergit̄ nauis: a modica stilla cauatur lapis: dormit nauta cū nauis periclitatur: medicus cū pestilentia grassatur: ianitor cū fur deprdatur: vigiles cum ciuitas obsidetur: que si capiatur: p̄mo in eos irruetur. Chrysō. sup epla ad he. Miror si qdem contigerit saluari ex his: qui p̄ncipantur in tantis minis z in tanta pigritia De hoc abach. vlti. Sol z luna steterūt in habitaculo tuo: ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In fremitu conculcabis terram: qō ad litteram exponitur de dario z cyro: q receperūt se ī domo regia: z alij vastauerūt terrā isrl̄: qz prelatis corrigere dissimulantibus z ociantib⁹ diripitur populus a demonibus: q irruunt: sicut armatus exercitus. De. 4. iobel. 2. Luna conuertet̄ in sanguinem: anteqū veniat dies dñi magnus: qō hodie experimur in plat̄is: qui relicta humanitate: q̄ est ꝓprium hominis: induūt ferinā rabiem: spirantes sanguinē: vix esset maior crudelitas: si leones z vrsi potestatem regendi accepissent: apoc'. 6. Luna tota facta est quasi sanguinis: tū si fere pessent: puto q humaniores essent: quia nobilium ferarum est parcere subiectis z debellare superbos. Unde elephantes z aprī z leones p̄remordent z transeunt illa que ad terram impulerūt. Ignobiles vero bestie: vt sues z hi⁹ reuoluēdo conculcant: z p̄fodiendo ptinaciter conuoluunt. Et isti tyrannidē suam exercent in paupes religiosos: quibus detrahūt paupes sacerdotes: quos deuorant z corrodūt. apoca. 8. Percussa ē tertia pars lune: qz isti nō seuiunt in subditos rebelles: nō in milites in ecclesia insurgentes: sed tantū in tertiam ptem. s. psonas miserabiles. Decime a militibus auferuntur: ecclesie spoliantur sacerdotes mentiunt̄ z occidunt̄: hic platorum iusticia exerceatur: certe vobis imputat̄ o plati: pilati in pauperes: q a philisteis archa dei capit̄ q saul cū filijs suis occiditur: q malchus seuit in xp̄m: phasur in hieremiā: balthasar in vasa dñi: q gladius petri rubigine consumit̄: ecclesia continetur: sacramenta vilescunt.

Videamus tertio de ignominia stellarum. Stelle enim retraxerūt lumen suum: quantū ad minores sacerdotes z doctores: qui creuerunt hodie: sicut stelle celi. Degenerauit in quibusdam eorum puritas conscientie in carnis cōcupiscentiam: claritas fame in infamiam: promptitudo obedientie per inobedientiam z contumaciam: ordo intentionis recte in fraudulentiā. Inde est q legimus stellas īmundas corruptiuas fixas erraticas. De p̄mo iob. 25. Stelle nō sūt munde in conspectu eius. Amisit enim ecclesia mundiciam in illis doctoribus z sacerdotibus: qui vacant incontinentie: immūdissimi luxurie vilitate: z hoc in conspectu eius: quia cū sint fornicatores: z aliquando notorij sine timore consecrant: sine honore mysteria tractant: sine amore dispensant: sine pudore frequentāt mysteria: etiam angelicis potestatibus reuerenda z manibus cruētis z labijs pollutis: oculis meretricijs viscerib⁹ venenatis corporibus fetidis spiritibus mortuis: ad sacrosanctum xp̄i corpus accedunt: cum dauid sanctus z pueri eius panē figuralem nō auderēt tangere: nisi p̄us abstinuissent a mulieribus: z benedicit in conspectu eius: quia quidam eorum z si caueant peccare in cōspectu hominū: tamen in cōspectu dei faciunt qō turpe est dicere: tanto audacius quanto secretius: si tamen secretum est: vbi iudex videt z angeli: qui indignabundi recedunt: z aduersarius: qui suggerit vt in ore trium testium sequatur sententia iusta damnationis. De. 2. apo. 8. Stella magna: cui nomen absinthium ardens quasi facula cecidit ī aquas: z multi homines mortui sūt ex aqs. quia amare facte sunt: magna per superbiam: ardens per luxuriam: sicut facula: fetēs per ifamiam: velut absynthium: amarus et corruptiuus per exempli mali influentiam: sed ꝺm grego. tot prelati mortibus digni sunt: quot perditōnis exemplā ad subditos transmittūt: propterea libri laicor̄ falsi videt̄: qz sacerdotū exēplo corrūpūt Chrysō. in libro de dignitate sacerdotali. Certius puto aliquem laicorum: qui gemens p peccatis suis probetur obnoxius adiuuandum esse suffragio: q̄ sacerdotem cū accusatur pro alior̄ delictis: idem in eodem. Tanto indigent vulnera sacerdotis auxilio: quanto simul vniuersi populi multitudo. Non video q indigent ampliori sacrificio sacerdotes q̄ popul⁹ expiari: nisi gratiores deberent eorū culpe censeri. Gratiores aūt eas facit: non conditio vel genus operis: sed dignitas facientis. De. 3. iob. 9. Qui p̄cipit soli

ꝛ nō oritur:ꝛ ſtellas claudit ſub ſignaculo:iurat clericus:q̄ faciet ſe ꝓmoueri ſucceſſiue:ꝛ inobedientiam ſuā colorat ꝑ preces vel falſas ſuggeſtiones vel priuilegij impetratōe: ꝛ nō oritur ſol ſup parochianos:ꝛ clauduntur ſtelle fixe: vel in ſcholis vel alijs officijs:ꝛ q̄ō per ſeipſos ſoluere noluerunt:ꝑ vicarios ſoluunt. Similes illis de q̄ ruth.4. qui voluerūt habere agrū abimelech:ꝛ nō ruth:qz eccleſias ꝛ p̄bendas habere volūt: ſz animas curare nolūt:nec ſemen ſuſcitare xp̄o: ſz vxorem ſuam.i.carnē:cū poſſunt vicijs ꝛ adulterijs exponentes: q̄ō abuſio eſſet in vxore carnali:dicūt q̄ tradūt vxorem impregnandā: cuz eī ſpado nō generet:ſed deuirginet:nec ꝓſtituta paſſim pariet:ſed vbi eſt illud agatheni concilij Diaconus vel p̄sbyter ſi ꝑ tres hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit:triennio a cōione ſuſpendatur. Sed illud inno.3. in concilio generali: q̄ parochialem eccleſiā hz:nō ꝑ vicariū:ſed ꝑ ſeipſuz illi deſeruiet in ordine:quem ipſius eccleſie cura requirit. Procedit hi⁹ inobedientia ꝛ contumacia vſq; ad quoſdam religioſos:q̄ nō ſūt cōtenti ꝑ multitudine obedientie ſue: ſz impetu quodā contra gratiā currūt ad gratiā: vt impleat illud math̄.24. Stelle cadent de celo ꝛ virtutes celorū mouebunt. Ita eī a ſupremo deſcendūt ad infimū:vt a ſomno cōtemplationis cadūt ad infimum terrene ſollicitudinis: nec ſufficit eis exemptiones decimaꝝ ĩmunitates ꝓcurationū cōtra deum querere:ſed etiā tpalia vſurpare. Nam multo labore multo precio vtunt adeptis priuilegijs ꝛ epiſcopalib⁹ inſignijs mitra anulo ꝛ baculo ꝛ ſandalijs:ſed verius ſcandalis. Reſpondeat mihi:ſed attendit rerum dignitas: ꝓfeſſioni monachoꝝ hoc nō congruit: ſed miniſterium hoc eſt ꝓprie epoꝝ: puta q̄ darent multā pecuniam:ſi poſſent impetrare:vt vocarent epi. ſed labor ꝛ latebre ꝛ voluntaria pauptas:hec ſūt inſignia monachoꝝ. De.4.ſ.fraudulētia vel pfidia. Inde bi ſūt. ſidera errantia dicunt planete: q̄ mouent duplici motu contra firmamentum: ꝛ cū firmamento ſacerdotes ꝛ capellani ſūt:qui ouibus ꝓcurant paſcua: ꝛ tñ cuz lupis diripiunt ouiū ſpolia. Recipiūt eī ad p̄dicationē p̄dicatores queſtuarios: q̄ abuſiones p̄dicāt: ꝛ cū eis ꝑticipant preciū:quaſi paſtores cōicant cū lupis vt ipſi lupi deuorent ouium carnes: ꝛ paſtores habeant lanam:ꝛ licet in hoc nō ſint minores p̄lati immunes a culpa:tñ ꝓcedit hec noxa ab epiſcopis:q̄ dant eis incaute litteras ſuas:imo vendunt:ꝛ ad conſiliarios epoꝝ: qui recipiūt munera Apoc.9. Stella cecidit in terraz:ꝛ data eſt ei clauis putei abyſſi:ꝛ aſcendit fumus ꝛ obſcuratus eſt aer: ꝛ exierūt locuſte: ꝛ data eſt eis ptās: ſicut habent ſcorpiones terre:ꝛ cū deberent eos reprimere ꝛ ſubditos ſuos defendē: dant eis poteſtatem ad diſcurrendū ꝛ deuorandū:ꝛ inualeſcit hereſis:ꝛ reſuſcitatur plaga egypti:ꝛ iō ſol ꝛ luna obtenebrati ſunt:ꝛ ſtelle retraxerunt ſplendorem ſuum: ꝛ qz veritas cū expediat: tacenda nō eſt:ne opprimat: ꝛ miſericordia nulli denegāda.ꝛ qui corrigit miſericordiā p̄ſtat correcto:vt ſe valeat emendare:iō nō abſcondi miſericordiā tuam ꝛ veritatē tuā a concilio multo.

De conciliis vniuerſalibus prouincialibus ꝛ ſynodalibus:ad quos pertineat ipſa congregare:ꝛ qui habeant cōuenire.Ca.ij.

q Quid ſit cōciliū vel ſynodus:ꝛ vnde dicat:

Dicit autē Iſidorus in.6. etymologiarū q̄ ſynodus ex greco interp̄tatur comitatus vel cetus. Concilij vero nomen tractum eſt ex romano more. Tempore.n. quo agebatur cauſa.ſ.reipublice omnes conueniebant in vnū:cōmuniq; intentiōe tractabāt. Vñ ꝛ concilium a cōi intentione dictū eſt quaſi conſiliū:ꝛ cōſiliū quaſi Iſidiū.d.in.l.littera tranſeūte vel conciliū dictū ex cōmuni intentione: eo q̄ ĩ vnū dirigat omnē mentis intuitum. Supercilia enī oculoꝝ ſūt:vnde q̄ ſibimet diſſentiunt:cōiō nō agunt conciliū:qz nō conſentiūt in vnū. Cetus vero cōuentus eſt vel cōgregatio a coeūdo.i.cōueniendo in vnū dicta:ꝛ ſicut cōuentus ē cetus: ſic ꝛ conciliū a ſocietate multoꝝ in vnū appellatur:hec Iſido.di.15.c.i. Nō tñ oīs cetus ſeu congregatio hominū dicit cōcilium vel ſynodus:ſz congregatio p̄latoꝝ eccleſiaſticorū ſub aliq̄ vno capite ad tractandū de ſalute animarū ꝛ debita cōuerſatōne fideliū: ꝛ q̄ꝫ ſinonima ſint concilium ꝛ ſynodus: ꝓſueuit tñ cōgregatio facta generalis ſub papa vel legato dici conciliuz: ꝛ ea q̄ fit ab inferioribus:vt metropolitano vel dyoceſano cū clero ſuo dici ſynodus. Conciliorū autē ſeu ſynodorū triplex eſt dīa:vt notat glo.di.16. in ſūma. Quoddā.n.generale: vt illud q̄ō fit p̄ſente papa vel eius legato ad hoc ſpecialit̄ deputato a papa: cōuenientibus epis ꝛ alijs p̄latis plurimis:put ipſe ordinauit:ꝛ iſtud nō p̄t celebrari niſi auctoritate pape:vt pz di.17. p totum. alias nullū eſſet:ꝛ nō conciliū:ſed ꝓciliabulū et ſynagoga ſathane diceret ꝛ eſſet. Unde pelagi⁹ papa. Multis de vno aplicis ꝛ canonicis ac eccleſiaſticis inſtruimur regulis non debere abſq; ſnīa romani pontificis cōcilia celebrari.ſ.generalia:qua ꝑter nō conciliū: ſed veſtrū cōuenticulū vel conciliabulū caſſat:ꝛ quicqd in eo actū eſt:irritū habet ꝛ vacuū:di.17. Hec ſcribit epis conſtantinopolitanis. Hinc ꝛ rex theodoricus cum vocaſſet plurimos epos de diuerſis puincijs ad conciliū celebrandū in vrbe:ꝑter crimina que impingebant ab aduerſarijs contra ſymmachū aduenientes ob reuerētiā regis dixerūt hoc fieri nō poſſe.ſ.celebrare conciliū:ſed ſpectare ad ſymmachū papam:qui impetebatur. Et ꝑſuadentibus ipſis ſymmacho pape: vt ipſe cōuocaret ſeu auctoritate eius congregarentur in

.XXIIII.

concilio:assentit eis: ⁊ cū immunē ⁊ liberum ab illis vicijs,platis contra eū declarauerūt:dis.16. hinc etiā ⁊ ea que statuunt̄ in hi⁹ concilijs generalib⁹:omnes fideles astringunt.

Concilium prouinciale

est:qō celebrat̄ a metropolitano cuz suis suffraganeis:vel a p̄mate vel patriarcha: q est sup metropolitnum.pōt tñ metropolitanus celebrare conciliū cū suis suffraganeis sine auctoritate p̄matis:vt di 92.si quis eps. Et in tali cōcilio pos sunt fieri cōstitutiones seu ordinationes cū sententijs fulminatorijs:q̄ astringūt omnes illius p uincie seu metropol'.clericos ⁊ laicos nō exemptos. Nā exempti nō tenent̄ ad illa:nec possunt cogi ad veniendum ad talia cōcilia:sed oēs alij epi ⁊ abbates illius,puincie nō exempti debent accedere,ibi etiā possunt terminari litigia:q̄ haberent clerici contra suos epos.

Concilium episcopale

qō magis cōsueuit dici synodus ⁊ congregatio: quā facit eps clericoz de dyocesi sua:qō facere pōt irrequisito suo metropolitano:ad quod debent accedere oēs rectores ecclesiaz illi⁹ dyocesis:⁊ alij clerici taz de ciuitate q̄z de comitatu: ⁊ etiā religiosi ⁊ abbates nō exempti:in quo fieri possūt cōstitutiones:que dicuntur synodales ab episcopis:cum cōsensu tamē capituli sui.s.canonicoz̄ ecclesie cathedralis:⁊ sententias fulminare:que astringūt omnes illius dyocesis ⁊ non alios. de huiusmodi concilio epali seu synodo seu ,puinciali in.§.se.

Adde et quartaz differentiā cōcilioz̄ ꝑm anto. de butri.⁊ Jo. de imo.

sup.c.graue de ꝑben.vz concilium religiosoz̄:de quo habet de statu mo.c.in singulis.⁊.c.ea que Sed ista magis cōsueuerunt dici capitula generalia vel ,puincialia: de quibus agit̄ in cōstitutionibus eoz̄um: ⁊ in dicto.c.i singulis dicitur de triennio in triennium: sed diuerse religiones in hoc diuerso modo se habent.

De concilio particulari prouinciali vel epali agitur di.18.p totum.

vbi dicit̄ ad qd celebrent̄ ⁊ q̄ tpe ⁊ qui debent venire:⁊ q̄ nil epi debēt exigere. Ad qd celebrentur declarat̄.di.19.c.i. Dic̄ leo papa. De cōcilijs epalibus nō aliud dicimus:q̄z sancti patres salubriter ordinauerūt:in qbus de omnibus querelis:que in diuersos ecclesie ordines nasci assolent:iudicet̄:⁊ di.ea.dicit.conciliū laodicense. Non oportet vocatos ad cōciliū cōtemnere:sed adire debere ⁊ aut docere aut doceri:q̄ sūt ad ecclesie ceterorumq̄z correctionem vtilia. p̄nt q̄ facere statuta ⁊ metropolitani in suis cōcilijs ,puincialibus:et epi in suis dyocesibus: nec obuiat qō dicit gratianus in p̄n.di.ſ.q̄ sūt inualida ad diffiniendu⁹ ⁊ constituendū:nō aūt ad corrigendū:q2 vt dicit glo. hoc intelligit̄ de maioribus negocijs.ſ. spectantibus ad fidem:q2 hoc spectat ad papam vt sint obligatoria vniuersaliter:q2 hoc spectat ad cōcilia generalia.Quantū ad tempus sciendū q̄ antiquit⁹ celebrabant̄ talia cōcilia bis in āno: vt p3 p.c.i.di.ea.p̄ma vice ante q̄dragesimā.z⁹ i autumno:vt p3.c.z.di.ea.sed hodie nec semel in anno nec in spacio multoz̄ annoz̄ fiunt ex maxima negligentia platoz̄:q̄ in dicto.c.q̄ reprehendit̄.⁊ ex hi⁹ neglectu sequunt̄ multa mala in clero. debent aūt oēs suffraganei epi venire ad cōcilium,puinciale:nisi impediti sint.vñ dicitur di.ea. Placuit vt quotiēscūq̄z conciliū congregandum est:epi qui nec etate nec egritudine nec alia grauiori necessitate impediūt̄:competenter occurrant:q̄ si nō poterūt occurrere: excusationes suas litteratorie subscribāt: ⁊ rōnē impedimenti:vbi dicit glo.sup verbo egritudine.ſ.grauii:vt di.ea.si quis episcopus. Nō enim leuis febricula vel quartana vetus glo. sup verbo litteratorie:vel etiā certū nunciū cui possit credi:di. .97.nobilissim⁹.glo.sup verbo rōnē. Nota q̄ nō sufficit dicere se nō posse venire: nisi rationē impedimēti assignet:sic extra de offi. dele.c.prudentiam.⁊ illam causā ,pbabit:vt.4.q.5.quisqs ⁊ p vnū testem sufficit ,pbare cū iuramento suo. debent aūt accedere nō solum epi:sed etiā abbates nō exempti.p̄nt ⁊ alij clerici venire: q habēt causas discutiendas:vt di.ea.decernimus. Qui autem nō venirent ad conciliū vel venientes recesserint ante dissolutionem concilij puniuntur: vt p3.c.si quis.⁊.c. sequenti dis.ea. Non debent autem metropolitani aliquid exigere ab epis et alijs venientibus ad concilium: vel conticti de hoc debent restituere in quadruplu3: vt dicitur di.ea.q̄ñq̄z quidem in fi.Et leo papa dicit de eulogijs.i.muneribus ad sacra concilia deferēdis nihil inuenimus a maioribus determinatum:ſz sicut vnicuiq̄z p̄sbytero placuerit.ſ.deferat.di. ea.vbi dicit̄ in fi.c.q̄ hi⁹ p benedictiones:nec sūt vt arbitroz requirende:nec vltro delate respuende.⁊ in.c.decernimus dicit̄ di.ea.q̄ quilibei eps reuersus de concilio ,puinciali infra spacium sex mensiū oz cōuocare omnes abbates ⁊ clericos ⁊ totam plebem:⁊ declarare eis seu insinuare:q̄ ordinata sūt in ipso concilio:alias puniūtur hoc omittentes: ⁊ quia ista nō seruantur: ideo male. Uerum p hoc nō tollitur quin epus nō possit celebrare conciliū in sua dyocesi. nec ob.qō dicit̄ in.c.p ecclesiasticas di.14. quia illud intelligitur de cōcilijs,puincialibus:q̄ nō facere debent epi: sed archiepiscopi. Si autez archiepi nō celebrēt concilium ,puinciale: vt deberēt: tamen debent episcopi celebrare sua concilia seu synodum: et cuncta que obseruanda dicūtur in cōcilijs prouincialibus seruari debent in episcopalibus: sed in eis cōueniūt episcopus cum omnibus rectoribus ecclesiaz abbatibus nō exemptis ⁊ reliquis

clericis: ⁊ admonere debet de agendis ꝓ salute aiaꝝ: ⁊ declarare seu insinuare suas cōstitutōes: a simili sūt adinuenta in religiōibus capitula generalia ⁊ ꝓuncialia: in quibus fiūt ordinationes seruande: que dicūtur acta: que obligant ad seruandum vsq; ad sequens capl'm: postq; fuerint ꝓmulgate: de quibus quilibet ꝓlor debet suo cōuentui intimare.

De conciliis generalibus quādo initium habuerunt: refert gratianus di. 15. in ꝓncipio.

Isidorum in libro etymolo. 6. asserē ꝙ a tempore constantini impatoris: vnde ⁊ siluestri pape. Nā in ꝑcedentibus temporib⁹ persecutione infidelium contra xp̄ianos feruente docendaꝝ plebium nō dabat facultas: ⁊ quia nō erat episcopis licentia concessa cōueniendi ī vnum: ideo ecclesia in diuersas hereses scissa ē: que p concilia postmodum confutate ⁊ damnate sūt. Nō obuiat. c. placuit. 13. q. 2. in quo ostenditꝰ p melchiadem papam celebratum conciliū: qui tñ ꝑcessit siluestrum. Nam vt dicit glo. ⁊ archi. Ex quibus cōcilium fecerit melchiades: nō tamē ita generale: sicut postea facta fuerūt: sed cū paucis. Similiter q2 di. 16. in ꝓin. fit mentio de canonibus apostolor̄ recipiēdis. ſ. autenticis non apocryphis. Ex hoc videtur ꝙ apl'i aliquando etiā cōuenerūt: ⁊ sic cōcilium fecerint. Erant enī omnes episcopi ad componēdos illos canones. Quinimmo ꝓmū concilium ecclesie celebratum fuit hierosolymis sub petro apl'o ꝓmo pontifice sūmo: pñte etiā ibi iacobo hierosolymorū patriarcha seu archiepiscopo: qñ. ſ. disceptantib⁹ adinuicē paulo ⁊ barnaba cū cōuersis a iudaismo: q̄ erat antiochie circa obseruationē legaliū Utrū. ſ. fideles conuersi ex gentilitate deberent seruare legalia: qō hec delata est ad apl'os: qui erāt hierosolymis: ⁊ merito: q2 de fidei negocio agebaꝝ: ⁊ cōuenientes discipuli videre de ꝙbo hoc Petrus vt caput concilij ⁊ pontifex sūmus declaratuit illos nō esse ad hoc inducendos. Ex inde iacobus apl'us: quasi in ꝑsona omniū alior congregatorum locutus est assentiens ei: qō petrus declarauerat ⁊ determinauerat: vt sanctum ⁊ iustum: sicut ⁊ nūc in concilijs generalibus obseruaꝝ: vbi ꝓponit aliquid instituendū. Et si iustum vr̄. Rñt oēs episcopi ⁊ ꝑlati placet: vt p3. i. q. 7. c. cōuenientibus. vbi ad ꝓpositā in cōcilio constitutionem fiendam sancta synodus rñdit. Placet omnibus nobis: ⁊ sic determinatione facta in dicto concilio scripserūt ecclesie antiochie Visum est nobis ⁊ spiritui sancto: actuum. 15.

Ex cōcilijs igitur generalibus quatuor dicūtur ceteris solēniora ⁊ antiquiora. ſ. nicenū constantinopolitanum ephesinum ⁊ chalcedonense. Hec totam ꝓncipaliter conplectunt fidem: quasi quatuor euangelia vel totidem paradisi flumina: de quibus ait gregorius: sicut sancti euangelij quatuor libros: sic quatuor concilia suscipere ⁊ celebrari alias venerari me fateor: quia in his velut in quadrato lapide fidei structura consurgit ⁊ cuiuslibet vite atq; actionis norma existit. ſ. in constitutionibus eorum: di. 15. sicut. Horum cōciliorum ꝓmum. cccxviij. episcoporū sub constātino imperatore pactum: in quo arriane perfidie blasphemia condemnata est: quam de inequalitate sanctissime trinitatis idem arrius asserebat scilicet patrem esse maiorem: filium minorem: ⁊ ibi etiam editum symbolum fidei: quod cantatur seu legitur in missa: in quo declaratum est filium esse consubstantialem patri. Celebratum autem fuit hoc concilium anno dñi. ccc. Secunda synodus seu conciliū generale fuit cōstantinopoli sub theodosio seniore a centum quinq̄ginta patribus: in qua condemnata est heresis macedonij dicentis: spiritum sanctum minorez filio ⁊ patre: sed ibi declaratum est spiritum sancium consubstantialem esse patri ⁊ filio. Tertia synodus ephesina: prima. cc. patrum sub theodosio iuniore augusto: in qua anathematizatus fuit Nestorius asserens in christo duas psonas distinctas: humanam. ſ. ⁊ diuinam in vna persona domini nostri ihesu christi. Quarta synodus chalcedonensis sexcentum. xxx. sacerdotum. i. episcoporum sub martiano principe: in qua Eutticem abbatem constantinopolitanū verbi dei ⁊ carnis vnam naturam pronunciantem ⁊ diosorum eius defensorem cum alijs hereticis cōdemnauit: predicans ipsa synodus christum deū sic natum de virgine: vt in eum subiecta diuine ⁊ humane confiteamur nature. De synodi ꝓncipales quatuor fidei naturam plenissime predicantes: sed ⁊ si qua sunt similia concilia: que sancti patres spiritu sancto pleni sanxerūt: omni manent stabilita vigore: hec di. 15. c. i. Dicitur aūt ī di. 16. Sancta octo vniuersalia concilia: vbi dicit glo. ꝙ ista concilia de quibus est sermo: aliquādo dicuntur quatuor: vt patet supra ex eo: ꝙ in quatuor locis diuersis celebrata sunt. Aliquando dicunt octo: vt ī dicto. c. sancta octo. ex eo ꝙ octies fuerūt celebrata ⁊ in diuersis temporib⁹ sed in vno ⁊ eodem loco vel ciuitate fuerūt plures celebrata in diuerso tempore: vt patet in dicto. c. sancta octo di. 16. Beda etiam in libro de temporibus post p̄dicta cōcilia numerat ⁊ alia .xxiiij. concilia celebrata sub diuersis temporibus ⁊ in diuersis locis ⁊ singulis statuti sunt diuersi canones: vt patet di. 16. c. sexta. qui habent̄ dispersi in diuersis partibus corporis iuris: ⁊ alii qui etiam abierunt in dissuetudinē. De alijs concilijs celebratis vsq; ad annum domini millesimum non ita patet. Circa annum vero domini millesimum Victor genere alamanus florentie concilium celebrauit: ⁊ multos episcopos propter simoniam ⁊ fornicationem deposuit.

Non post multum temporis postea Gregor⁹. 7. concilium celebrauit: ⁊ henricum imperatorem tertium excōmunicauit: quia se contra ecclesiaꝝ

est nobilior in quo ꝛ secūdū quē sumus liberi q̄ ille secundū quem nō habemus libertatē: sed secundū voluntatem sumus liberi: non aūt secundū actū volūtatis qui necessitatur ab obiecto g̃ ꝛc̄. Respōdetur per interemptionē minoris: qz actus volūtatis non est nobilior q̄ actus intellectus: sed ecōuerso: vt ꝓbatū est: ꝛ cū dicit ꝙ act⁹ voluntatis est liber non actus intellectus. Dicendum ꝙ libertas pōt sumi dupliciter: vno mō prout opponitur coactioni: ꝛ sic intellectus ē liber in intelligendo: sicut volūtas in volendo: qō patet: quia illud solū est coactū qō est cōtra inclinationem rei: sed nullū intelligere est contra inclinationem intellectus: īmo est scōm inclinationē eius. Naturaliter.n. intellectus inclinat ad intelligendū: cū intelligere sit sua perfectio: ergo impossibile est ꝙ intellectus in intelligendo cogat: sicut nec volūtas in volendo: īmo breuiter nulla potentia nec cognitiua nec appetitiua respectu prōprij actus potest cogi: qz nec hoc inuenitur in potentijs naturalib⁹. Nō.n. cogitur ignis ad calefaciendū: nec graue ad descēdēdū nec visus ad videndū. Semp enim coactio est cōtra naturā rei. ꝛ qz pōt cōtingere ꝙ intellectus assentit rei alicui: cuius oppositū volūtas magis acceptasset: ꝛ iō volūtas hec cogitur actu imperato nō actu elicito q̄tenus hoc fit cōtra eius inclinatōem. Non aūt intellectus cuius inclinatio est ad oīa intelligendū. Alio mō sumitur libertus ꝓut opponitur necessitati: ꝛ sic non oportet ꝙ actus sit nobilior q est liberior: alioquin liberius esset in deo velle alia a se q̄ velle seipm: ꝛ in nobis esset nobilior volūtas eoꝝ que sūt ad finē: q̄ volumus libere q̄ volūtas finis: quē necessario volum⁹ q̄ oīa sūt falsa. Et itez si ꝓpter libertatē poneret felicitas īactu volūtatis: deberet poni in actu libero ñ in actu necessario: sed act⁹ volūtatis respectu dei in patria est necessarius ꝛ nō liber siue diligēdo deū amore beniuolētie siue fruendo deo amore cōcupiscētie: g̃ i nullo actu volūtatis in patria cōsisteret beatitudo. Itē nec illud ē verū ꝙ intellectus nō sit liber sic volūtas. licet enī intellect⁹ necessitetur q̄ ad ꝑma ꝓncipia q̄ de se cōtinent claram veritatē: nihilomin⁹ nō necessitatur respectu oīm que deducūtur ex ꝑmis ꝓncipijs: sed quibusdā libere assentit exceptis his que hñt necessariā deductōem ex ipis. Similiter necessitatur volūtas respectu finis: sed libertatez hz in his q̄ sūt ad finē: g̃ tot modis ē intellectus tā practicus q̄ speculatiuus in iudicādo liber q̄t modis volūtas est libera in eligiēdo. Q̄ aūt cōsueuit dici ꝙ volūtas impat intellectui ꝛ oībus viribus aīe nō est sic intelligēdum ꝙ pōt: sic supius suo inferiori: īmo potius ē data inclinatio intellectui ad p̄secutionē siue ꝑfectionis naturalis: sicut dictū est de appetitu rez naturaliū q datus est eis ꝓpē siue ꝑfectionis naturalis inclinatōem: vñ sicut ibi appetitus nō impat formē motus: sed est inclinatio ois rē ꝓpter ois̄dā ꝛ obseruādā eius ꝑfectionez ideo ꝓpter hoc non dici pōt ꝙ sit aliqd nobilius forma rei vel eius opatione: sic volūtas ē inclinatio data. Cū aūt oīa que hic amantur amentur, īq̄tum bona apparētia vel existentia: qm̄ omnia bona reperiuntur in deo perfectissimo mō: ꝛ iō summe amandus: vt queniatur ad possidēdū eū in patria: vbi pfecte amatur: ꝛ nil dulcius amore dei: nil vtilius: nil honestius. Vñ augus. in li. confess. oīa quibus aliqd cōstat ꝛ nō sunt oīa simul plus delectāt oīa q̄ singula si possint sentiri oīa: sed longe melior est illis deus qui fecit oīa: si placent corpora deū ex illis lauda: ꝛ in artificē eoꝝ retorque amorē: ne in his que tibi placēt tu displiceas. Si placent aīe in deo amentur: qz ꝛ ipse mutabiles sunt ꝛ in deo stabiliuntur fixe: aliogn irent ꝛ perirent. In illo ergo amētur ꝛ rapere ad eū tecū quas potes: ꝛ dic eis hūc amemus ipse fecit hec ꝛ non est longe: non enim fecit ꝛ abijt: sed ex illo ꝛ in illo sunt. Ecce ibi est vbi sapit veritas intimus cordi est: ꝛ cor errauit ab eo. redite p̄uaricatores ad cor ꝛ inherete ei qui fecit vos: sta te cū eo ꝛ stabitis: requiescite in eo ꝛ quieti eritis. Quo itis in aspera quo itis: non est reges vbi eaz queritis: beatā vitā queritis in regione mortis. ꝛ quō est vita beata vbi non est vita. Sed descendit huc ipsa vita vestra. s. ex dilectione ad nos et tulit mortem vestram ꝛ occidit eam ꝛ tenuit clamans vt redeamus ad eum: ꝛ discessit ab oculis vt redeamus ad cor ꝛ inueniamus eū hec ille p̄ dilectionē inuenitur. Idem in secūdo li. cōfess. Domine deus superbia celsitudinē imitatur: cuz tu sis super omnia excelsus: ꝛ blādicie amari volunt: cum nihil sit tua caritate blādius: ignauia q etem appetit ꝛ que quies: certa preter te luxuria satietatē: ꝛ tu es plenitudo ꝛ indeficiēs copia incorruptibilis suauitatis. Auaritia multa possidet ꝛ tu possides omnia. Inuidia de excelentia litigat: te aūt quid excellētius. Ira vindictā querit: te autē iustius quid vindicet. Tristicia reb⁹ amissis contabescit: quia ita nollet sibi sicut tibi: nihil pōt auferri: ita fornicatur anima cum auertit̄ abste: ꝛ querit extra te que pura ꝛ liquida non inuenit: nisi cum redierit ad te. peruerse te imitant̄ oēs qui longe se faciunt a te: ꝛ extollunt se aduersum te: sed etiam ficte imitando indicant te creatorem esse oīs nature: ꝛ ideo non esse quo oīa recedantur a te: hec iste. Ex his habes ꝙ in omnibus vitijs querit homo ꝛ amat bonum sed apparens falsum ꝛ non verum: sed omnia illa bona que vitia falso reꝓmittunt: vt vtilitatem quo ad auariciam: delectationem quo ad luxuriam ꝛ gulam: excellentiam quo ad superbiam: ꝛ sic de alijs omnia vere ꝛ perfecte sunt in deo: ꝛ ideo sūme amandus vt veniatur ad dilectionem patrie quo nil suauius. Idem in li. i. confes. Magnus es domine ꝛ laudabilis valde: ꝛ sapientie tue nō est numer⁹. Tu excitas vt lauderis quia fecisti nos ad te: ꝛ inquietum ē cor nostrum donec requiescat in te. Quid ergo es domine deus: quid rogo

niſi dñs deus:ſumme:optime:potentiſſime:pulcherrime:ſtabilis ⁊ incōprehēſibilis. Immutabilis:mutās omnia:nunq̄ nouus:nūq̄ vet⁹:innouans oia ⁊ in vetuſtatē pducens ſuperbos:⁊ neſciunt. Semp agens:ſemp quietus:colligēs ⁊ nō erigens:portans ⁊ īplens:protegēs:creans ⁊ nutriens:⁊ pcipiēs. querēs cū nihil deſit tibi: amas nec eſtuas:zelas ⁊ ſecurus es:penitet te ⁊ nō doles:iraſceris ⁊ trāquillus es:mutās opa:nec mutans cōſiliū:recipis que non inuenis :⁊ nūq̄ amiſiſti. Nūq̄ inops ⁊ gaudes lucris. Nūq̄ auarus ⁊ vſuras exigis. Sēper erogat tibi vt debeas. Et qs habet qcq̄ non tuū. Reddis debita nulli debēs:donās debita:nihil perdens:⁊ qd dixim⁹ deus meus:vita mea:dulcedo noſtra ſācta. Quis dabit mihi vt venias in cor meū:⁊ inebries illō vt obliuiſcar mala mea:⁊ vnū bonū meū amplectar te. Quid tibi ſuz ipe:vt amari te iubeas a me ⁊ niſi faciā iraſcaris mihi:⁊ mineris ingentes miſerias. Dic dic dñe deus meus :qd mihi ſis :dic aīe mee ſalus tua ego ſū. hec ille Aug⁹. in. x. cōfeſ. oēs btē vitē volum⁹. Beat⁹ āt nec ille ē:qz nō hz qō amat q̄lecūq̄ ſit:nec q hz qō amat ſi noxiū ſit neq̄ q nō amat qō amādū ē:cū ſit optimū: nā et q appetit qō adipiſci nō pōt cruciat: ⁊ q adept⁹ ē qō adipiſcēdū nō ēet:egrotat. Reſtat ḡ. 4. vbi vita beata inueniri queat:cū.ſ.id qō eſt hominiſ optimū ⁊ amatur ⁊ habetur. Qz ē hominis optimū tale eē debet qō nō amittat inuitus. Virtus certe aīam facit optimam:⁊ que ad beatitudinez ducit. Si aūt virtus ducit ad beatā vitam :nihil virtutē eſſe affirmauerim niſi ſummū amorē dei Nam ⁊ illud qō v̄tus quadriptita dicit ex ipius amoris vario effectu dicitur. Eſt.n. tpātia amor integruz ſe prebens ei quod amatur. Fortitudo amor facile tolerans omnia propter id qō amat Juſticia amor ſoli amato ſeruiēs ⁊ ideo recte dominās. Prudētia amare ea qb⁹ adiuuat ab eis a qb⁹ impēdit ſagaciter eligēs:ſz būc amorē ñ cuiuſlibet rei: ſed dei eſſe diximus ideſt ſummi boni: ſumme ſapientie:ſumme concordie. Eſt eniz caritas ſimplex ⁊ pura:que ſpiritu ſancto eſt inſpirata:perducitur ad filium per quem cognoſcit pater:⁊ infra. Si deus eſt ſummum bonum hominis:nihil eſt aliud homini bene viuere q̄ deum toto corde tota mente tota anima diligere a quo exiſtit:vel incorruptus in eo amor cuſtodiatur:quod eſt temperantie:nullis frangatur incōmodis:quod eſt fortitudinis: nullis alijs ſeruiat quod eſt iuſticie: vigilet in diſcernendis rebuſ ne fallacia ſubrepat:quod eſt prudentie. Hec ē hominis vna perfectio qua ſola impetratur vt veritate perfruatur. hec Aug⁹.

De tertia dote aīe.ſ.fruitōne q̄ ē delectatio ſeu gaudiū qō hñt ſancti de deo viſo ⁊ amato. c. 6.

Efruitione que ponitur.3.dos anime. Fruitio ſecundum

pe. de pal'. in. 4. di. 49. q. 4. ſm cōmunem opinionē docto. eſt vna de dotibus anime ⁊ aurea eſſē tialiter. Hec fruitio eſt delectatio ſeu graduū :qō habent ſancti de deo viſo ⁊ amato ,put diſtinguitur contra dilectionem que eſt alia dos. Et ō gaudio ſuperne patrie plene ſunt ſcripture:⁊ propter ipam ſummam delectationez aſſimilatur ille ſtatus rebus multum delectabilibus:vt cene nuptijſ conuiuijs ⁊ huiuſmodi:⁊ quo ad animas beatorum eſt laus mentalis dei poſtea reſumptis corporibus etiam vocalis. Unde Jſaie dicitur:gaudium ⁊ leticia inuenietur in ea gratiarum actio ⁊ vox laudis. Huius autem fruitionis obiectū nō ſolum principale:ſed etiam īmediatum eſt deus ſcōm q̄ in ſe eſt ſummum bonum amatum ſuper omnia amore amicitie ⁊ non viſio ipſius dei:vt quidam dicunt. Et hoc patet quatuor rationib⁹.

Primo ſic ſi īmediatum obiectum fruitionis nō eſſet deus:ſed viſio dei:ſequeretur q̄ inter viſionem ⁊ delectationē caderet actus medius reflexus:hoc eſt falſum:vt probatur ergo ⁊c. Maior patet :quia delectatio non poteſt eſſe niſi de obiecto cognito. Si ergo viſio dei eſſet immediatum obiectum delectationis:ſequeretur q̄ ipſa viſio eſſet cognita:ſed viſio dei non poteſt eē cognita per actum reflexum quo videmus nos videre ergo ⁊c. Minor probatur:quia bonitas dei ſumma ⁊ infinita viſa eſt prius a beato q̄ bonitas viſionis que eſt finita:ſed voluntas nō poteſt ferri actu deſiderij in ſummū bonū ſibi preſentatum per modum abſentis in via:ḡ ⁊ ſimiliter nō poteſt ipa non ferri actu delectatōnis in ſummū bonum preſens in pria:prius ergo voluntas delectatur in deo q̄ cognoſcatur ipa viſio:ergo cognitio viſionis non cadit media inter viſionem dei ⁊ delectationem ſequentem:⁊ hec fuit minor

Scōo idē ,probatur ſic. in omni delectatione ⁊ dilectione alicuius ⁊ habitione vel aſſecutione eius quando habitum eſt magis dilectum q̄ ei⁹ habitio:tunc ipm habitum eſt obiectum immediatum tam dilectionis q̄ delectationis ⁊ nō habitio eius:ſed in dilectione ⁊ delectatione patrie que ſunt de deo habito:ipm habitum ſcilicet deus eſt magis dilectum q̄ habitio eius ſcilicet viſio:ergo immediatum obiectum delectationis ⁊ dilectionis eſt deus ⁊ non viſio per quā habetur Maior probatur dupliciter.ſ. ratione ⁊ exēplo. ratione probatur ſic:illud quod magis amatur ī mediatius amatur:ſicut finiſ magis amatur q̄ ea que ſunt ad finem:⁊ ſimiliter immediatius amatur q̄ in aſſecutione finis ſit oppoſituz :idem patet per exemplum:quia enim magis diligo guſtū vini q̄ ipm vinuz:quia non diligo vinum niſi vt guſtum:ideo immediatum obiectum huius dilectionis eſt guſtus vini non vinum. Ecōtrario qñ habeo amicum preſentem:ipe amicus eſt magis dilectus q̄ eius habitio vel preſentia :⁊ ideo eſt immediatum obiectum dilectionis ⁊ delectationis:⁊ ſic patet maior. Minor etiam patet :quia

nisi deus habitus magis amaret q̃ habitio ei⁹ ẽt peruersus amor qui in patria locũ nõ habet ideo ꝛc̃. Tertio sic ꝓbatur: qz illud qõ est ime diatum obiectũ summe cognitionis ꝛ sũme dile ctõis ẽ imediatũ obiectũ sũme delectatõis: sz de⁹ est huiusmodi ꝛ nõ aliquid creatũ: ideo ꝛc̃. Ma ior patet: qz voluntas ꝛ oĩs appetit⁹ delectatur in eo qõ summe amat. Minor similiter patet: qz deus ẽ imediatũ obiectũ cognitionis ꝛ dilectio nis summe: ergo ꝛc̃. Quarto sic. illud est imedi atum obiectum fruitionis qõ est imediatũ obie ctum caritatis a qua fruitio dicitur: cũ idem sit i mediatus vel mediatũ obiectũ habitus ꝛ actus: sed imediatũ obiectũ caritatis est deus solus ꝛ nõ aliquid creatum in via vel in patria: ergo imedi atum obiectũ dilectionis vel fruitionis est solus deus. Sciendũ q̃ amare scõm philosophum in secũdo rhetorice est velle alicui bonũ sibi vel alteri: hoc aũt fit dupliciter: vno mõ vult aliquis bonũ alicui ꝓpter bonũ ipius amati: sicut diligi m⁹ virtutes bonores ꝛ hi⁹ alia amico nõ ꝓpter aliqõ bonũ nr̃m sz ꝓpt̃ bonũ ipius amici: ꝛ dici tur hic amor amicitie. alio mõ vult aliquis bonũ alicui seu amat quis aliquid ꝓpter bonum ipius amantis: ꝛ sic amatur vinũ pecunia ꝛ huiusmodi quia delectabile est vel vtile: vnde ꝛ bonum ipi amanti ꝛ dicitur amor cõcupiscẽtie. Pe. de pal⁹. sic distinguit. Cum amare sit velle bonũ alicui: ideo amans fertur per amorem in duo scilicet in illum cui vult bonũ: ꝛ ĩ bonũ qõ ei vult: ꝛ respec tu primi est amor amicitie: respectu secũdi est a mor cõcupiscentie. deus aũt diligitur a beatis a more amicitie: ꝛ fruitio seu delectatio causãs hãc delectatõem pertinet principaliter ad amorem amicitie. Et q̃uis ꝓpter delectationem velimus cõiter nobis bonũ in quo delectamur: tamen op positũ est in delectatione qua delectamur õ deo viso ꝛ amato: quia ibi plus diligit̃ delectans ef fectiue q̃ delectatũ ꝛ delectatio. Nec diligit̃ de⁹ quia delectat sicut vinum amatur: quia dulce ꝛ delectans: sed ꝓpter hoc summe delectat: qz sum me diligitur. potest ergo homo aliquid cõcupi scere aliter q̃ ꝓt est sua perfectio formalis: ꝛ si hoc negaretur de ꝓximo: quia amicabilia q̃ sũt ad alterũ: veniunt ex amicabilibus que sunt ad seipm fm philosophũ: tñ de deo negare non pos sumus qn cõcupiscamus dei laudẽ ꝛ honorem: ꝛ q̃ a nobis ametur: immo q̃ ab oĩbus ꝛ hoc ꝓpt̃ perfectionẽ nostrũ formaliter. Primo quia ꝓpt̃ illud cõcupiscimus bonũ alicui ꝓpter qõ ama mus ipm ꝓpter amorem amicitie. Cũ ergo ame mus deum amore amicitie ꝓpter seipm primo non ꝓpter nos nec ꝓpter ali q̃ nostram perfecti onem: ergo quod volumus ipi deo volumus ꝓ pter ipmmet deum: pmo ꝛ non ꝓpter aliquã no stram perfectionẽ formalem: ꝛ sic cõcupiscimus aliquid qõ nõ est formalis perfectio nec cõcupi scentis nec eius cui cõcupiscitur estimãtes q̃ ita est: immo ꝛ respectu ꝓximi est idẽ sẽtiẽdũ. Quia enim debeo diligere proximũ ꝓpter deum non ꝓpter meipm. hinc est q̃ si bonum aliqõ ei cõcu piscо: debeo ei cõcupiscere propter deũ primus ꝛ plus q̃ ꝓpter meipm. quãdo aũt dicitur q̃ ami cabilia que sunt ad alterum ꝛc̃. Dicẽdũ est q̃ hoc est verũ in via generationis ꝛ cause efficientis ñ finalis. Primo enĩ hõ diligit bonũ suũ q̃ alte rius: ꝛ ex dilectione sui boni mouetur ad dilec tionẽ boni alterius effectiue: sed non oportet q̃ omne qõ diligit diligat ꝓpter perfectionem suaz formale vel ꝓpter aliqõ bonũ suũ. Item q̃ bo num vnicuiq; ꝓprium ẽ ei amabile: si sic intelligat̃ q̃ nihil amatur nisi inq̃tum est bonũ amanti pro prium formale vel inti insecũ essentiale vel acci dentale falsum est: qz sic creatura nõ amaret bo num increatũ nec ecõuerso nec aliquid amaret nisi seipm. Sed si intelligatur bonum ꝓprium lar ge verum esse põt: qz aligd dicitur esse alicuius non solũ formaliter: sed ꝛ aliter multis modis. Sic enim deus diligit creaturas que sunt suũ bo num. i. a se factũ ꝛ sui repꝛesentatiuũ. Et creatura diligit bonũ diuinũ: quod est bonũ suũ effectiue conseruatiuũ ꝛ finale: ꝛ licet in deo bonũ ꝓpriuz formale sit ratio diligendi bonum alienum inq̃tum est aliquo mõ suũ. ꝛ similiter in amore cõcu piscẽtie: quia nullum bonũ cõcupiscit alter: nisi ꝓ pter bonũ suũ ꝓpriũ: tñ in creatura est ecouerso: quia sicut prima ratio diligendi bonum ꝓprium amore amicicie est sibi alienum qõ est deus: ita ĩ amore concupiscẽtie ordinate non concupiscit homo ꝓpter bonum suũ ꝓpriũ formale: sed pro pter diuinũ ꝓut est extra se ꝛ in deo pure. Unde prima ratio cõcupiscẽtie creature rationalis vel intellectualis a recta est perfectio diuina ꝛ nõ ali qua pfectio formalis creature. Quẽ enim primus ꝛ plus diligo amore amicitie: illi primus ꝛ plus opto ꝛ cõcupisco bonũ amore cõcupiscẽtie: sicut primus ꝛ plus mihi q̃ ꝓximo. Uñ ꝛ plus amatũ est vt de us vt persona subsistens: sic primus cõcupitum est bonũ diuinũ: vt intelligitur: q̃ ipm perficiẽs ꝛ in formãs: sicut primus ꝛ plus volo deus esse q̃ me habere esse. Item cum actus charitatis in prima ꝑncipalior sit diligere deũ: sequitur q̃ beat⁹ pl⁹ diligit deũ q̃ visionẽ dei: illa aũt dilectio nõ põt esse non delectabilis: cũ sit ex toto corde ex tota anima ꝛ toto conatu: imo est summe delectabilis cũ sit summa dilectio. sicut enim summã dilectio nem in deo sequitur sũma delectatio simpliciter sic sũmam dilectionẽ creature sequit̃ sũma dele ctatio in creatura. Est aũt sũma dilectio dei non visionis dei: q̃ ꝛ illam nõ istã sequitur sũma dele ctatio. Item cũ delectatio iudicet̃ fm dilectionẽ dã si dilectio vituperalis ꝛ delectatio eam cõse quens vituperalis est: si laudabilis dilectio: ꝛ de lectatio consequens laudabilis: ergo q̃to dilec tio laudabilior tãto delectatio cõsequẽs erit lau dabilior. Sed cõstat q̃ dilectio boni diuini ẽ lau dabilior q̃ dilectio boni ꝓpri: ergo delectatio magis de deo delectat q̃ de visione dei. Et si di

catur q̄ ista cōpatio habet locū in dilectionib⁹ cō cupiscē ñ amicitie: ⁊ q̄ dilectatio solū sequit amo rē ꝓcupiscētie: hoc ē ꝺ expictiā charitatis: q̄ gau det hō si mala sibi ꝓpt̄ deū eueniāt: ēt si nihil bo ni vel p̄mij vl' vtut] accidēt: ſz solū ꝓpt̄ deū pure ⁊ īmediate: al's eēt gaudiū mercenariū. Itē licet delectatio nō sit nisi obiectū amoris ꝓcupiscētie generalr: tñ delectatio magis cōsequit amorē a micitie: sicut ecōuerso tristicia ⁊ ꝓtristatio est ꝓñs odiū īmicitie. Cū.n. qs cogitat de re odiosa inue nit displicētiā: ⁊ nō ꝓpt̄ cognitōem de ipa: q̄ añ q̄ p̄cipiat se de illa cogitare dolet ⁊ tristat̄. Et si/ milit̄ ex hoc ipo q̄ p̄cipit rē amatā amore amici tie añq̄ p̄cipiat ipam pceptōe delectat̄: q̄ beati/ tudo ꝓsistit ī actu recto nō reflexo: ſz fm oēs bea titudinē īmediate cōsequit̄ delectatio: g̃ cū visio ñ videat̄ nisi actu reflexo añq̄ ipa sit obiectū ꝓgni tionis ē beatifica delectatio. Itē cū delectatio vo lūtatis nō sit aliud q̄ g̃dam benivola ⁊ delecta/ bilis cōplacētia. Expit̄ hō q̄ bonū aīci placet sibi ⁊ ī eo delectat̄ p solū hoc q̄ appzehēdit illud vt bonū aīci añq̄ appzehēdat illud vt bonū suū. Et sil'r q̄tus vnicuiq̄ sit amabile bonū ꝓpziū: sic et delectabile: hoc tñ nō obstāte dicim⁹ q̄ bonū di uinū ē magis vnicuiq̄ amabile q̄ bonū suū fo/ male g̃ ⁊ magis delectabile. Sic igit̄ obiectū fru itionis ē deus visus ⁊ nō ipa visio: vñ ⁊ delectatō habet̄ p̄mo de deo viso ⁊ nō de ipo visu.

De actu recto et refle/

xo videdi diligēdi fruēdi deū q̄ ē ī pria q̄ ad vni tatē vel pluralitatē. Et dr̄ act⁹ rect⁹ q̄ īmediate videt de⁹ diligit̄ vel fruit̄ qs eo. Reflexus ãt ac/ tus dicit̄ q̄ qs videt se videndeū. i. visionē suã: di/ lectionē suã diligit: delectatōe sua delectat̄. Et in via q̄dē actus rect⁹ ⁊ act⁹ reflexus q̄ñ nō sūt simt̄ tūc realiter differūt: vt cū intelligo me intellexis se ⁊ volo me ꝓvoluisse aliq̄d: q̄ impossibile ē q̄ duo q̄z vnū ē corruptū aliud salutū sint vna res: sed q̄ñ sūt simul tūc sūt vn⁹ act⁹ numero: sive cū intelligo me intelligē ⁊ volo me velle finē ⁊ vel/ le aliq̄d ꝓpt̄ finem ex vnitate. n. ꝓncipalis obiecti sūt vnus act⁹ numero. De vnitate aūt actus re cti ⁊ reflexi in patria. Sciēdū q̄ beat⁹ pōt videt̄ visionē suã dupliciter: vno mō in deo: ⁊ tūc ē vnus act⁹ numero quo videt deū ⁊ q̄ videt se videndeū sic cognitio matutina rez ī verbo est vn⁹ actus cuz visione ipius verbi: alio mō pōt habere expimē/ talē cognitionē de illa cognitōe ⁊ intueri illā ī ꝓ/ pzia natura: q̄ licet habitū supnaturalē nō ꝓgno scat hō naturaliter: tñ oēm actū suū pōt p expien tiā naturaliter cognoscē: ⁊ tūc iste actus reflexus differt ab actu p̄mo ⁊ ab actu reflexo pzimo mō dicto: sicut cognitio vesptina a cognitione beati/ fica ⁊ matutina. Similiter amare dilectionē pa/ trie ⁊ delectari in delectatōne patrie pōt eē dupli citer: q̄ vel dilectōe aut cōplacētia supnaturali: q̄ q diligit deū ꝓñs ē vt diligat ipam dilectōez ⁊ ꝓpt̄ ipm met deū: ⁊ sicut delectat̄ ⁊ quietat̄ in deo: ita delectat̄ in ipa delectatione ꝓpter deū: et hic est vn⁹ act⁹ numero: sic̄ in via vt dictū ē. Alio mō diligo ⁊ cōplaceo mihi in istis ĩq̄tū sūt bonū meū ꝓpziū ⁊ fozmale ⁊ dilectōe naturali: ⁊ iste a ctus reflexus differt a recto ⁊ a p̄mo reflexo: sic̄ dictū ē de visione reflexa. Quōcūq̄ aūt accipiat̄ act⁹ reflexus in patria inq̄tū bi⁹ in ipo nō ꝓsistit beatitudo: ꝓut enī dic̄ actū naturalē distinctū re aliter ab actu recto videdi diligēdi ⁊ fruēdi deo sic in ipo nō cōsistit beatitudo nec eēntialiter nec accñtaliter nec p accidēs: q̄ nō cōsegt̄ p̄mo ⁊ p se sed quasi per accidēs. Si aūt loq̄mur de actu reflexo fm qō est vn⁹ act⁹ cū actu recto: tūc secū dū rē cū sit vn⁹ ⁊ idē actus cū recto: sic̄ cōsistit be atitudo in actu recto: ita ⁊ in tali reflexo. Si au/ autem loquamur ſecundum rationem non pōt bt̄itudo eēntialiter cōsistere ī actu reflexo: q̄ eēn/ tialis beatitudo bz deū p obiecto īmediato ⁊ ter mino: act⁹ aūt reflexus vt sic bz p īmediato ob/ iecto termino actū rectū ⁊ creatū vñ rē. Queri tur vtr̄ oēs sūme ⁊ de necessitate appetāt beati/ tudinē. R. pe. de pal'. in. 4. di. 49. q. 7. ar. 2. de ap petitu beatitudīs actu elicito: sūt circa hoc tres opiniones. Prima ē q̄ volūtas nō vult ex neces sitate beatitudinē sibi ꝓpositā sive ī vniuersali si ue in pticulari sed libere: ⁊ pbatōnem h⁹ opi. cā brevitatis obmitto ibi potes videre. Secūda opi. ē q̄ volūtas duplex ē. i. creata ⁊ īcreata: ⁊ vo lūtas creata dupliciter accipi pōt. s. ꝓut ē in pria vel ꝓut est ī via. Si loqmur de volūtate diuina seu increata: dicēdū q̄ ipa necessario vult suã be atitudinē: q̄ si eā posset nō velle: posset deus ñ esse pfecte beatus: delectatio. n. pficit beatitudi/ nē sic̄ pulchritudo inuētutē: vt dicit̄. 4. ethicoꝝū Si aūt de⁹ posset nō velle suã beatitudinē: possz nō delectari de ea quare rē. ꝑterea si de⁹ posset ñ amare suã beatitudinē: posset nō amare seip̄m q̄ ē sua beatitudo: qō ē incōueniens quare rē. Si aūt loquimur ō volūtate creata, p statu patrie ad huc tal' volūtas vult necessario beatitudinē. Cu ius rō ē: q̄ si talis posset ñ velle beatitudinē pos set nō delectari: cū delectatio sit actus volūtatis de bono volito. Istud aūt nō ē possibile fm na/ turā. s. q̄ vidēs deū sicut beati vidēt nō delectet̄ de deo viso: q̄ q̄q̄ forte de⁹ de potētia absoluta posset a tali visione delectatōem suspēdere: boc tñ nō pōt facere creatura. Itē beatus aug⁹. ꝓbat in. 13. de trinitate q̄ ñ ē beatitudo quā aliqs amit tere pōt volēs aut nolēs: ſz nō pōt qs eā amittet̄ sive volens sive noles. Sed si beat⁹ nō vellet ne cessario suã beatitudinē sed posset eam nolle aut suspēdere suū velle: sequeret̄ q̄ beatitudo posset amitti a volēte vel nō volēte: g̃ ipossibile ē q̄ be atitudo nō sit necessario volita a beatis. Si autē loquamur de volūtate ꝓ statu vie: sic distinguē dū ē de beatitudīe: q̄ beatitudo pōt accipi dupli citer: vno mō ī spāli ꝓ eo in q̄ vere beatitudo cō sistit: vt ē visio diuina: alio mō pōt accipi genera/ liter ⁊ fm cōem rōem beatitudinis q̄ ē bñ habet̄

ꝛ malo carere: qđ̄ anſelmus vocat cōmodū. Si ꝯ primo mō. ſ. in ſpāli ꝓ eo ī quo vere beatitudo conſiſtit: ſic voluntas viatoris nō neceſſario vult beatitudinem: ſed poteſt non velle negatiue ꝛ ēt nolle. Qꝛ poſſit nō vel'e negatiue patet: quia qđ̄ omnino incognitū ē: eſt omnino nō volitum ſm aug'. ſed beatitudo ſm illud in quo vere cōſiſtit eſt multis ignota omnino ꝛ valde paucis nota: ꝯ a multis eſt non volita. Qꝛ autem poſſit eſſe nolita patet ſic: omne illud cuius aſſecutioni eſt adiuncta difficultas ꝛ multa que habent rōem mali poteſt eſſe nolitum. Et eſt ratio: quia ſicut voluntas fertur in bonum per volitōnem: ꝓpter qđ̄ vbi malū eſt coniunctum bono: voluntas poteſt ferri ī illud volēdo vel non volendo: ſed aſſecutioni beatitudinis eſt adiuncta multa difficultas ꝛ multa mala pene: que cōiter horrent homines ergo in beatitudine q̄uis cognita ſm ꝓpriā rōez poteſt ferri volūtas viatoris volendo eam vel nō volendo: non quidē ꝓpter ipſam: ſed ꝓpter mala pene coniuncta. Si autem accipiatur beatitudo ſm cōem rationem beatitudinis: ſic diſtinguēdum eſt de appetitu: quia quidam eſt actus appetitus efficax que eſt de re habita vt delectatio: vel eſt motus ad rem habendam vt deſiderium efficaciter inclinans ad ꝓſecutionē rei: ꝛ tali appetitu non neceſſario volumus beatitudinē nobis ꝓpoſitam ſolum ſm cōmunem rōnem beatitudinis: quia tam deſiderium q̄z ōlectatio efficax ſūt reſpectu boni ꝓpoſiti in particulari: in quo delectamur ſi ſit habitum: ꝛ in qđ̄ tendimus ſi non ſit habitum: habitio enim rei vel proſecutio ad eam reſpicit ſingularia. Eſt alius actus appetitus ſeu voluntatis qui non eſt velle efficax: ſed velle conditionatum: ſeu quedam velleitas qua dicimur quandoq; ea velle que ſunt impoſſibilia: et hoc modo omnes volunt beatitudinem ſm cōmunem rationem beatitudinis: ꝓpoſito enim cuicūq; quod bonum eſt bene habere ꝛ malo carere: nullus eſt quin quadam velleitate tendat in hoc. ſed quia non efficax eſt: ideo non euidenter exprimitur quin potius videtur velle eſſe habituale magis q̄z actuale ꝛ forte eſt: tamen concordant cum prima opinione quo ad primum articulum: ꝛ hec videtur intentio auguſ. in. 13. de ciui. dei. c. 8. qui probat q̄ ſicut omnes volunt eſſe beati: ita volunt eſſe immortales. conſtat autem q̄ illud velle non eſt efficax ſed quedam velleitas: quia nullus vellet bono carere: ſed potiꝰ ſemper bonum habere: ita vellet ſemper eſſe: quia ſine eſſe non poſſet bene habere. Tertia opinio eſt q̄ beatitudinem preſentatam in cōmuni via vel viſam in ſpeciali in patria voluntas non poteſt ex ſe reſpuere nec actus volendi nec fruendi vtrobiq; ſuſpendi: ſed non actus reſpuendi vel ōteſtatione haberi. Et prima concluſio quātuz ad beatitudinem in communi preſentataz in via patet per iam dicta. ſed quo ad preſentatam in patria probatur ſic: ſicut principium in ſpeculabilibus ſic finis in agibilibus: ſed intellectus non poteſt non aſſentire primo principio: ergo nec volūtas non ferri in vltimum finem clare preſentatū. probatur ſicut ſe habet voluntas viatoris ad beatitudinē in communi ſic voluntas comprehenſoris ad beatitudinem que eſt in deo: cum ibi ſit in veritate quicquid eſt in beatitudine ſm communem eſtimationem: ſed nullus poteſt nō amare beatitudinem preſentatam in communi ī via ergo nec in patria preſentatam. Quantum ad ſcōam concluſionem dicunt q̄ per miraculum ō potentia abſoluta deus poteſt hoc ſcilicet actum voluntatis ſuſpendere preſentata beatitudīe clare in patria vel in generali in via. Ratio eſt: quia natura voluntatis dicitur ferri in obiectum ſibi preſentatum ſuppoſita communi influentia dei ſine qua nullum agens creatuz agere poteſt. Si ꝯ deus ſubtrahat influentiam ab actione voluntatis ꝛ non ab actione intellectus erit vna ſine alia naturaliter: ꝛ non ſolum non violenter: niſi q̄ illa natura eſt vt raro: ſed deus non poſſet ſecunduz iſtos immittere in voluntate actum contrarium ſcilicet q̄ voluntas reſpuat beatitudinem oblatā in communi: vel clare viſam in ſpeciali aut q̄ triſtetur in ea. Rñſio huius eſt q̄ deus non poteſt facere q̄ potentia feratur in non obiectum: puta q̄ oculis videret ſonum: vel q̄ potentia calefacti ua frigefaceret. obiectum autem voluntatis ad reſpuendum vel deteſtandum eſt malum ꝛ non bonum vt bonum: ergo impoſſibile eſt q̄ reſpectu beatitudinis ī qua nil mali apparere poteſt voluntas feratur vel reſpuendo vel deteſtando. De damnatis dicit idem pe. q̄ cum in eis remaneat natura integra naturali vtiq; appetitu appetunt beatitudinem. Et ſi dicatur q̄ appetitus naturalꝰ non poteſt eſſe fruſtra: dicendum q̄ verum eſt ꝑ ſe. per accidens autem appetitus naturalis poteſt fruſtrari: vel per libertatem arbitrij ſeipſo abutētis: ꝛ hoc vniuerſaliter ꝛ in pluribus ſpecieb' vel a caſu. In naturalibus non quidem vniuerſaliter ꝛ in tota ſpecie: ſed raro ꝛ in aliquibus individuis ſpeciei. De appetitu autem qui eſt actus elicitꝰ dicendum q̄ damnati non appetunt beatitudinem in ſpeciali appetitu efficaci laborando, ꝛ conando ad beatitudinem: cum ſciant hoc ſibi impoſſibile: ſed appetitu conditionato appetunt eaz inquantū habent rationē commodi. vellent enim ſi eſſet poſſibile eam habere inq̄tū ſcilicet quoddam commodum: ꝛ ſimili modo appetunt beatitudinem in generali ſcilicet bene habere.

Vtrum beatitudo ſanctorum ſit futura maior poſt reſurrectionem corporum q̄z modo ſit.

Reſpondit pe. de pal'. in .4. di. 49. q. 6. q̄ beatitudinem ſanctorum augeri pꝰ reſurrectionem corporum poteſt intelligi dupliciter: vno modo intenſiue vt quia ſit in pluribus alio modo extenſiue vt ſcilicet anima beata reaſſumpto corpore videat deum limpidius ꝛ ipſuz

diligat intensius q̄ nunc sine corpore. Et quātuz ad primum modum omnes conueniunt dicentes q̄ extensiue augebitur beatitudo tunc: quia beatificabitur tunc homo non solum in anima q̄ ad vires superiores que sunt intellectus ꝛ volūtas: sed etiam quo ad inferiores sensitiuas: ꝛ i corpore quātum ad dotes suas: sicut econuerso dānati affligentur tunc non solum in anima quo ad intellectum ꝛ voluntatem: sed etiam in corpore quo ad sensualitatem: ꝛ sic loquitur glo. super illud apoca. 6. Uidi sub altare dei animas interfectorum que dicit q̄ anime sanctorum modo sunt in minori dignitate q̄ future sint post resurrectionem. Et hieronymus dicit q̄ peracto finali iudicio deus ampliorem gloriam demōstrabit sanctis: hic enim maior dignitas vel amplior gloria erit secundum extensionem que erit ad plura. Et si in contrarium arguatur sic: summum bonum non augetur: sicut nec albissimum magis dealbatur: ergo non potest beatitudo que est summum bonum augeri. Respondeo summū bonum simpliciter: vnde ipsa nullo modo augetur: nec etiaz extensiue quocunq; sibi addito: nam licet beatitudo diuina christi sit extensa vsq; ad animam ꝛ corpus christi: tamen beatitudo eius creata cum beatitudine increata non est aliquid melius: vnde eius beatitudo non creuit etiam extensiue: sz beatitudo anime est summum bonum in genere spirituum ꝛ creaturarum: vnde crescit extensiue beatitudo autem hominis est summum bonum eius prout comprehendit vtrūq; non alterū tm̄. sicut enim perfectum bonum hominis secunduz naturam non est sola anima sed compositum: qz perfectū ex oibus partibus eius constat: sic summum bonū eius non nisi aggregatum ex vtraq; beatitudine: quod est vnum per accidens: ꝛ si nō per se. Hoc est enim summum bonū creature qō sibi taxatum est a diuina predestinatione: qz absolute qualibet beatitudine angelica potest esse maior: sed non de potentia ordinata: deus autez predestinauit homini vtrāq; beatitudinē iō ꝛc.

Quantuz ad secunduz modum augmenti. s. intensiuum ī hoc est triplex opinio. Prima asserit beatitudo essentialis q̄ consistit in visione dei augebit intensiue post resurrectionē: ita q̄ limpidius deum cognoscent ꝛ intensius diligent q̄ nunc. Secūda opi. dicit q̄ beatitudo post resurrectionē erit perfectior: nō quidē intēsiue: vt dicit prima opi. qz magis ꝑ pte ꝛ expedite aīa exercebit suam operationē resumpto corpore q̄ nūc: quia nunc retardatur a q̄ dam naturali appetitu ipsius anime ad resumendum corpus: rationes vtriusq; opi. obmitto: qz vtraq; cōiter reprobat: vt patet ibi efficaciter.

Est ergo tertia opi. verior. be. tho. in. 4. di. 49. q. i. ar. 4. q. i. q̄ aīa reassūpto corpore non intensi⁹ videbit deum nec expediti⁹ q̄ sperata: ꝛ vltra alias rōnes ibi positas multas ad hoc bec est satis cōis ꝛ efficax: ꝛ est talis: si aīe beator intensius ꝛ liberius viderent deum resumptis corporib⁹ q̄ ante: hoc esset vel ex parte potentie cognoscentis: quia illa remanet penitus eadem non intensa nec remissa: nec ex pte luminis ꝑpter eandē cāz nec ex parte obiecti: quia tunc non representabit aliter: nec ex parte alicui⁹ impedimēti: quia nullū est in anima ꝙ separata plus q̄ cōiuncta: ergo anima resumpto corpore non videbit intensius aut liberius. appetitus enim anime separate de administrando corp⁹ ꝛ reunione in nullo minuit vel distrahit visionem ꝛ fruitionem dei: quia illud nō appetit nisi prout videt placere diuine voluntati quam intuetur ꝛ qua fruitur. Qz autez augustin⁹ hoc videtur dicere scilicet q̄ retardet talis appetitus' loquitur inquisitiue non assertiue.

De quatuor dotibus corporū beatorū. c. vij.

Dotes corporuz be/ atorum resurgentium quatuor assignantur scilicet claritas impossibilitas subtilitas ꝛ agilitas: que notari possunt in quattuor proprietatibus solis: cui comparantur sancti glorificati in anima ꝛ corpore. Dicitur enim math. 13. tunc scilicet in vltima resurrectione fulgebunt iusti sicut sol in regno patris sui. Et ad hoc potest adaptari illud ps. Thronus eius sicut sol in cōspectu meo ꝛ sicut luna perfecta in eternum. Thronus christi de quo ibi loquitur sunt sancti in quibus requiescit ꝛ requiescit per gratiam ꝛ gloriam qui sub eo sunt: vt thronus sub sedente: ꝛ isti sunt resplēdentes etiam quantum ad corpora glorificata: vt sol ꝛ sicut luna perfecta que tota est plena: sed illuminata a sole: ita ecclesia a christo indeficienter glorificata sol in se ꝛ in radio suo primo habz maximam claritatem: quid enim lucidius sole: dr̄ ecclesiastici. .q.d. nihil. Scōo habet ī essentia sua impassibilitatem: non enim corrumpi potest: ꝛ radius eius per immunda transiens nō coinquinatur ait augustinus. Tertio habet sol in suo effectu subtilitatem: nam ꝛ radius penetrat fenestram vitream sine aperitione: ꝛ virtus eius transit ad viscera terre ad generandum metalla ꝛ prestandum vigorem herbis ꝛ arboribus.

Quarto sol habet etiam in suo motu ꝛ discursu agilitatem seu velocitatem: nam ꝛ ipsum corpus solare velocissime mouetur: ꝛ radius eius ō mane: cum in subito oritur: extenditur ab oriente in occidente. Correspondet autem quatuor ꝗ tutibus cardinalibus ꝑm Tho. in. 4. que habent hominem bene regulare in se ꝛ ad proximum: sicut tres dotes anime de quibus dictuz est supra corrīt tribus virtutibus theologicis de quib⁹. i. cor. 13. nūc manent fides spes charitas tria hec. De cardinalibus aūt dicitur sapie. 8. sobrietatem temperantiam ꝛ scientiam docet. i. prudentiā iusticiam specialem ꝛ virtutem. i. fortitudinē quib⁹

nil melius in vita hominibus. Et quia scom vnã acceptionẽ iusticia est omnis virt⁹ put scilicet generaliter accipitur: z ideo dicitur iusti fulgebunt zẽ. scilicet per virtutes quatuor q̃ cõphẽdũtur in iusticia generali puẽit ad gl̃iam z dotes corpis. Claritas rñt prudẽtie que est recta rõ agibiliuz z sic facit mentẽ clarã. Impassibilitas correspõdet fortitudini z patientie per quaz quis reddit quasi impassibilis: ita. s. vt non reducatur homo in passiones ire. Subtilitas correspõdet iusticie qz quis subtiliter examinat qd cuicz tribuenduz Agilitas tẽperantie que facit hominem facilem z ꝓmptum ad obediẽdum z benefaciendũ: pñt etiam iste quatuor dotes elici ex auctoritate sapientie. Tertio fulgebunt iusti z tãcz scyntille in arundineto discurrent: vt enim dicit Robertus holcoth super illo verbo claritas: notatur cũ dic̃ fulgebunt: z si diuersimode: quia vt dicit apls. i. cor. 15. stella dicitur a stella in claritate: sic erit resurrectio mortuorũ: quia magis vel min⁹ resurgentes fulgebunt: impassibilitas seu incorruptibilitas innuitur cũ subdit iusti: iusticia enim est cõstans z ꝑpetua voluntas reddendi cuicz qd̃ suũ est: z sic habet in se perpetuitatẽ. s. in ꝓposito in q̃ significatur impassibilitas z incorruptio. Subtilitas ostenditur cum dicitur scyntille. s. ignis que sunt valde subtiles seu acute. Agilitas insinuatur in discursu quia discurrunt. Ut enim dicit augustinus vbi voluerit spirit⁹ scilicet esse ibi erit corpus quasi statim ꝓpter subitum discursum. Istas quatuor dotes sigillati exprimit z satis clare apostolus. i. cor. 15. cũ ait sic erit resurrectio mortuoz semiat̃ i icorruptõne surget in corruptõne: seminat̃ i ignobilitate: surgz i gl̃a: seminat̃ in infirmitate surget in virtute: seminatur corpus animale: surget corpus spirituale ipis dotibus: vt dicunt quidam vsus est christus adhuc mortalis. Haz dotem claritas ostendit in tranfiguratione quãdo resplẽduit facies eius vt sol. Dotem agilitatis quãdo ambulabat super aquas siccis vestigijs in trans in nauem ad discipulos: math. 17. Dotez impassibilitatis quando dedit seipm in vltia cena in cibũ z potum: ibi enim in sacramento existens nõ patiabatur attritõem a dẽtibus discipulorz vel aliquã alterationẽ. Dotem subtilitatis qñ exiuit de vtero virginis nascẽs per clausã portam. i. saluo signaculo virginali: cuius ꝓpie loquendo hoc non pertineat ad dotẽ subtilitatis intrare vel exire de loco clauso omnino: sed fuit p speciale miraculum diuine trinitatis: vt infra dicetur: sicut ergo christus surrexit a mortuis per gloziam patris: ita vos in nouitate vite ambulet. i. sicut christus resurrexit in corpoze glorificato cũ istis quatuor dotibus: ita fideles dimittentes veterẽ vitã peccatoz: nouã inchoent se exercendo in actibus quatuor virtutum que signanẽ z correspõdet quatuor alijs dotibus: z per eas p ueniatur ad eas. Sufficientia harum dotiũ quar̃ scilicet sunt quatuor z non plures aut pauciores

Pe. de pal'. in. 4. di. 44. q. 5. sic assignat: gratia p/ficit naturam secundum modum eius: sicut ergo corporis natura constat ex quatuor elementis z humoribus: sic z eius gloria ex quatuor integratur: vnde quia finis nobiliorest his que sunt ad finem z excellentius: continet bonitates eorum z perfectiones. Corpora autem sanctorum sunt perfectiora sicut finis omnium corporum: ideo debent habere perfectiones aliorum. Cum ergo corpus humanum sit corpus z sit corpus animatum: animatum autez differat ab inanimato motu z sensu. Inde est ꝙ quia in corporibus inanimatis perfectio est incorruptio: qz ꝓpter lõge distare a deo fiunt entia corruptibilia: z lux est purissima qualitas ꝓpter que duo corpora celestia eminent: ita corpus glorioſum debet habere dotem subtilitatis ꝓpter primum: z dotem claritatis ꝓpter secũdum. Inanimata autem animalia ꝓpter sensum eminent plantis: z inter illa que plures habent z perspicatiores. Item inter ipsa que habent motum progressiuum sunt p fectiora: z sic corpus inquãtum animatum habz dotem subtilitatis per quam redditur ad omnes operationes sensitiuas paratissimum: vt visu excedat lincem z aquilam z sic de alijs: z ꝓpter dotem agilitatis aquilis z vento sunt velociores scom illud volant super pennas ventorum scilicet corpus christi glorificatum cum ascendit in celum.

De dote impassibilitatis.

Sciendũ scom pe. de pal'. in. 4. di. 44. q. cuz passibilitas z passio sibi correspondeant vt potẽtia z actus: sicut passio dicitur dupliciter: sic z passibilitas. Passio accipitur vno mõ large ꝓ receptione forme quãtumcũcz conuenienti nature rei. Secundo modo accipitur magis stricte ꝓ amissione forme conuenientis secundum naturã z receptionem forme disconuenientis z contrarie secundum naturam. Et simili modo passibilitas dicitur dupliciter scilicet potentia susceptiua ꝓme passionis aut secunde: loquendo de passione vel passibilitate ꝓmo modo dicta: sicut corpora sanctorum post resurrectionem non erunt impassibilia. Primo quia in corporibus glorificatis erit vsus sensuum: sed talis vsus non potest fieri sine receptione speciei sensibilis: ergo in beatis erit vsus sensuum: sed talis vsus non põt fieri sine receptione speciei sensibilis: ergo in beatis erit passio que est receptio forme conuenientis. Secundo quia corpora gloriosa assimulabuntur corporibus celestibus que sunt incorruptibilia secundum naturam: sed corporibus celestibus non repugnat passio que est receptio forme conuenientis z perficientis: sicut videmus ꝺ luna que illuminatur a sole z ceteris planetis z stellis: vt innuit i li. de ꝓpetatib⁹ elemẽtoz g̃ rẽ.

Sed loquendo secundo modo de passione z passibilitate scilicet ꝓ receptione forme dis/

conuenientis ⁊ cõtrarie nature ⁊ abiectione fo⁊me conuenientis: sic sunt ipassibilia: quia cũ i eis ponatur qõ est perfectionis: ⁊ remoueatur qõ ẽ imperfectionis: ipa erũt passibilia passione q̃ est salus ⁊ perfectio: non illa que magis facta abijcit a substantia: vt dicitur in secundo de anima.

Sed est videndu⁊ per quid sint ipa co⁊po⁊a impassibilia. Ad qõ dicit̃ q hoc erit aut p priuationẽ principij passiui aut per impedimentũ passionis. primo mõ dixerunt aliqui q co⁊po⁊a illa erunt impassibilia: quia in eis non erunt qualitates elemento⁊ actiue ⁊ passiue que sunt in co⁊po⁊ibus mixtis cã actionis ⁊ passionis. Credebãt enĩ q post resurrectionẽ co⁊po⁊a humana eẽnt mixta ex elemẽtis mnẽtibus in eis ꝼm suas substãtias ⁊ nõ scõm q̃litates actiuas ⁊ passiuas: sed istõ nõ ẽ ve⁊ū q q̃litates elemẽto⁊ nõ remaneãt in co⁊po⁊ib⁹ glioſis: q⁊ glã nõ tollit ea que sũt de pfectione nature: sed qualitates elemẽto⁊ sũt de pfectõe mixti saltẽ accñtaliter: ergo nõ tollent̃ p gloriã. Remanebũt g̃ elemẽta in co⁊po⁊ibus glorificatis ꝼm suas q̃litates. ſ. calidũ frigidũ humidũ ⁊ siccũ: ſz nõ alterabilẽ nec patient̃ alte⁊ū ab altero: q⁊ cũ post resurrectõnem cesset mot⁹ celi opo⁊tẽt qõ illõ q semel pateret̃ semp ab altero pateret̃: ⁊ sic p̃cedẽte passione finaliter sequer̃et co⁊ruptio: qõ nõ ẽ ve⁊ū. Impassibilitas g̃ resurgẽtiũ co⁊po⁊ nõ erit ꝓpt̃ carẽtiã q̃litatũ elemẽtariarũ. Quid g̃ istud sit p qõ fiũt impassibilia co⁊pa illa? circa hoc ẽ duplex opinio. q dã. n. dicũt q hoc erit p fo⁊mã inherẽtẽ ⁊ exñtes in ipis co⁊po⁊ib⁹. qõ sic ꝓbãt: aĩa nõ põt habere aliqd oñium sup co⁊p⁹ tũc magis q̃ nũc nisi co⁊pus sit ĩmutatũ: sed aĩa post resurrectionẽ habebit pfectũ oñium sup co⁊p⁹: ita vt co⁊pori nil possit accidere p̃ter volũtatẽ aĩe: aliogn nõ eẽt pfecte beata: g̃ co⁊p⁹ erit oõ ĩmutatũ. sed mutatio terminat̃ ad aliquã fo⁊mã: g̃ co⁊pus glorificatũ per aliq̃ fo⁊mã quã hẽbit reddet̃ ipassibile. ad qõ etiã facit qõ ait aug⁹. ſ. q ĩ co⁊pib⁹ gl̃ificatis erit ꝑpetua sanitas ⁊ incoꝛruptõis vigo⁊: ſz sanitas ẽ g aliq̃ fo⁊mã inhẽtẽ g̃ tẽ. Est ali⁹ mod⁹ dicendi ſ. q ipassibilitas co⁊po⁊ gl̃ificato⁊ non erit per aliquã fo⁊mã iherẽtẽ: ſz solũ p diuinã ⁊tutẽ assistẽtẽ beatis ⁊ ꝓhibẽtẽ actionẽ cuiuslibet exñse ci iferẽtis passionẽ: qõ ꝓbãt p dictũ aug⁹. sic scribentis ĩ epla ad cõsentiũ. sic ab igne fo⁊nace] cha] deo⁊ abstulit de⁹ ⁊tutẽ ꝛburendi q̃tũ ad aliqd: q⁊. ſ. co⁊pa puero⁊ illesa seruata sũt: ſz mãsit q̃tus ad aliqd: q⁊ ille ignis ꝛburebat ligna: ita auferet de⁹ ab hoĩb⁹ co⁊ruptõem ⁊ dimittet eis naturaz mõ p̃dicto. ſ. ĩpediẽdo excessũ actõis ĩ pſeruãdo ab oĩ nociuo exñseco. Exq̃ p̃z q intẽtio aug] est q incoꝛruptibilitas ⁊ ipassibilitas ẽ in co⁊pib⁹ beato⁊ p hoc q diuina ⁊t⁹ assistẽs beat] ipedit actionẽ cuĩlibet iferẽtis co⁊ruptõem. Vñ ad rõem factã ꝓ alia opi. põt dici q ablatio defectũ passionis q̃ fit ĩ co⁊pib⁹ gl̃ificatis põt fieri p solã ⁊tutẽz diuinã assistẽtẽ beatis ad meritũ: vñ nõ o⁊z q̃ fiat p fo⁊mã inherẽtẽ. Erit g̃ tũc co⁊p⁹ subditum aĩe ali⁹ q̃ nũc: q⁊ tũc pfectissime: ſz non o⁊z q hi⁹ subiectio fiat p nouã fo⁊mã iherente: ſz sufficit q fit p diuinã ꝓtectiã assistẽtẽ q̃ ꝓhibet illa q̃ immutãt co⁊p⁹ ad co⁊ruptõem. Et qõ dicẽ aug⁹. o sanitate ⁊ vigo⁊e hoc potit eẽ p impedimẽtũ cui⁹cũq̃ iferẽtis passionẽ: nõ q sit illa sanitas fo⁊ma iherẽs. Sciẽdũ ẽt q beati nũq̃ sciẽt p expientiaz qd ẽ malũ: nec hoc ptinebit ad ipfectõnẽ: aliogn de⁹ ect valde ipfect⁹ q nũq̃ sciuit malũ p expientiã ĩ seipo. Expictia. n. inq̃tũ ipo⁊tat cognitionẽ ipo⁊tat pfectõem: ⁊ sic ẽ in deo: ⁊ sic erit ĩ beat] ſz inq̃tũ ipo⁊tat passionẽ nõ erit in eis: hec oĩa pe. de pal'. in. 4. vbi supza.

De dote subtilita tis. Sciendũ ꝼm pe. de pal'. in. 4. di. 44. q. 3. Dicũt qdã dos subtilitatis ꝼm oẽs ẽ ad subijciẽdũ co⁊p⁹ aĩe ad opatões o⁊ganicas sensitiuas: vt remota oĩ grossitie ⁊ iepti tudĩe ad eas potẽtie subtilitate rõi obediãt: ⁊ ad opatões suas purius exercẽdas ⁊tuosio⁊es fiant. Pro q̃ declaratõe dicũt qdã q subtile ĩ co⁊pib⁹ oppon̄t ei qõ ẽ grossũ eẽ: esse vtrũq̃ repiũt ĩ co⁊pib⁹ tã rõe q̃titatis q̃ rõe q̃litatis. Rõe. n. q̃titatis illud dicit̃ subtile qõ ẽ puũ ꝼm latitudinem ⁊ ꝓfunditatẽ: dato q sit magnũ ꝼm lõgitudinẽ et ꝓfunditatẽ. Rõe vo q̃litatis o⁊ aliqd subtile qõ ẽ ra⁊ ⁊ puũ vt aer: grossũ vo qõ ẽ depa⁊ssũ ⁊ opacũ vt terra. Jn subtili aũt ⁊ grosso q̃cũq̃ isto⁊um modo⁊ accepto: hoc ẽ cõe qõ subtile ẽ facile penetratiuũ alteri⁹. Subtile vo ꝼm q̃titatẽ ꝓpter figurã acutã quã hz: si nõ sit latũ ⁊ pfundũ q̃uis sit lõgũ vt stil⁹ ⁊ ac⁹. Tal'. n. figura ẽ diuisiua ⁊ facile penetratiua ꝓpt̃ diuisibilitatẽ ptiũ suaꝛ ĩ ptes pprias po⁊os illo⁊ co⁊po⁊ subĩtrantes: vt aer aq̃ ⁊ hi⁹: ⁊ ꝓpt̃ hãc ꝺditõez nomẽ tractũ ẽ ad potẽtias ꝛgnitiuas. Ille. n. do⁊ hre acutũ visũ: q põt penetrare ad videdũ pua ⁊ lõginq̃ q̃ alij ñ videt. Et ille do⁊ hre acutũ ĩtellectũ q penetrat ad ꝛgnitõem occulto⁊. iuxt̃ hũc ẽt modũ substãtie spũales dr subtiles: q⁊ maxĩe elõgãt a grossitie co⁊pali q̃lit̃ cũq̃ accipiat: ⁊ maxĩe penetrat ad cognoscẽdũ ĩtima rei. Occõe aũt ho⁊ fuer̃t duo erro⁊es circa dotẽ subtilitat] co⁊po⁊ gl̃ificato⁊: quo⁊ vn⁹ ẽ dicẽtiũ q p⁹ resurrectõez co⁊pa ꝓuertẽtur ĩ spm̃ occasionẽ sumẽtiũ ex dict] apli. 1. co⁊. 15. vbi dr: seiatur co⁊p⁹ aĩale: surget spũale: ⁊ hic erro⁊ ꝓmo cõuincit̃: q⁊ forte nõ ẽ possibile q̃cũq̃ ⁊tute ꝓuerti co⁊p⁹ ĩ spm̃. 2° q⁊ ⁊ si eẽt possibile ⁊ sic fieri et: tẽ hõ nõ resurgẽt: q⁊ hõ dicẽ qd cõpositum ex aĩa ⁊ co⁊pe ⁊ nõ alte⁊ū solũ. Nec motiuũ ẽ sufficiẽs q⁊ sicut apl's dicit q co⁊p⁹ spũale resurget ita dicẽ q seminat̃ aĩale: ſz nũc nõ dr co⁊p⁹ aĩale: q⁊ cõueniẽs sit ĩ aĩam: g̃ nec tũc dicet̃ spũale: ex eo q cõueniẽs sit ĩ spm̃. Ali⁹ erro⁊ fuit dicẽtiũ q p⁹ resurrectõem co⁊pa beato⁊ erũt subtilia: q⁊ erũt rara ad modũ aeris: quod patet esse erroneum: quia talia co⁊po⁊a non sũt palpabilia. Co⁊pus autem ch⁊isti post

passionem suam fuit palpabile: vnde dixit discipulis palpate & videte &c. Item veritas humani corporis requirit carnem & ossa: que non compatiuntur talem raritatem: & ideo hic error damnatur a grego. 9. mor. Dicendum est igitur aliter scilicet q̄ post resurrectionem corpus erit plene subditum anime spūi. Compatur autem anima ad corpus tripliciter. Primo q̄tum ad esse: quia anima est actus & forma corporis. Scōo quātum ad operationes quibus anima vtitur corpore vt subiecto sicut sunt operationes sensitiue.

Tertio q̄tum ad motum localem: anima enim non solum est actus corporis: sed etiam motor a liquo modo: potest igitur subiectio corporis ad animam considerari q̄tum ad esse pertinet ad dotem impassibilitatis: ratōe cuius nihil potest accidere in corpore: quod fit ad separationē corporis ab anima: sed perfecta subiectio corporis ad animam vt ad motorem pertinet ad agilitatē vt infra dicetur. Perfecta vero subiectio eius ad animam quo ad operationes cognitiuas & appetitiuas videtur pertinere ad subtilitatem. Et hec subiectio potest intelligi vel q̄tum ad operationes sensitiuas precise vt nihil sit in corpore quo puritas talium operationum impediat: sicut nūc fit in nobis propter grossitiem & impuritatez spirituum deseruientium operationibus sensitiuis: talis enim impuritas omnino tolletur a corporibus gloriosis. Vel potest intelligi subiectio propter obedientiam meram & perfectam quā tunc habebunt vires sensitiue ad rationem: que obedientia non est modo: cum caro concupiscat aduersus spiritum. Et ob hoc corpus dicitur aīale ab aīalitate: quia motus animales magis sūt in nobis secundum impetum sensualitatis q̄ fm dictamen rationis. Sed tunc dicetur corpus spirituale: quia omnes tales motus erūt subditi plene spiritui. Quocunq; autem dictorum modorum accipiatur subtilitas non videtur necessarium q̄ dicat aliquā qualitatem supernaturalem inherētem corporibus glorificatis: quia subtilitas primo modo accepta potest esse per solam puritatē humorum & spirituum: & secundo modo accepta potest esse per diuinam prouidentiam assistentē. Sed quicquid isti dicant videtur probabili⁹ q̄ ista subtilitas sit aliquid positiuum existens ī ipis potentijs per modum habitus: q̄ gra perficit naturam fm qō nata est perfici.

Potentie autez anime inferiores nate sunt perfici ad suas operationes: & ad obediendū rationi per habitus naturaliter acquisibiles: igitur vt ista fiant perfectius cōueniens est infundi habitus supernaturales: siue sint vnum siue plures dotes vnius nomine designāt̄ ꝓpter vniuersitatem finis in generali. Quia q̄ nō est dubium q̄ per gloriam perficientur eaq; operationes: vt delectationes perfectiores sequant̄: ꝓbabile est q̄ hoc fiat per habit⁹ qui & facit operationem generaliorem & per consequens ꝓmptiorem faciliorem & delectabiliorē. Item sciendū q̄ corpus glorificatū intrat domum ianuis clausis & fenestris: seu q̄ sit in eodem loco cū alio corpore localiter hoc nō pertinet ad dotē subtilitatis: nec hoc est possibile per viam nature corporis glorificati: nisi addatur speciale miraculum: quod sic ꝓbat̄. Illud qō non tollit a corpore glorioso q̄titatem eius: nec actum eius impedit non tollit quin corp⁹ glorioſū expellat aliud corpus de loco suo si illuc intrat: & sic non poterit simul esse cum alio: sed dos subtilitatis est huiusmodi ergo &c. Maior patet: quia illud qō facit distare corpus a corpore scōm locum & situm est sola quātitas: vnde & philosophus dicit. 4. phyſi cor. q̄ si a corpore circūscribantur omnes passiones & qualitates adhuc corpus occupabit locum & non poterit esse simul cū alio: sed necessario distaret fm situm & locum. Ex parte ꝧ q̄titatis est distantia corporum q̄tū ad locum: quod ꝧ non tollit q̄titatē nec eius operationem non tollit q̄ vnum corpus expellat aliud de loco suo. Maior ꝓbatur. s. q̄ nulla qualitas tollat a corpore gloriosо suam quātitatem nec eius vsum de quātitate: patet quia si toleretur corpus maneret indiuisibile. Item non haberet qualitates sensibiles q̄ requirunt quātitatem ꝑ īmediato obiecto: que omnia sunt absurda: nec etiam tollit actum eius ergo &c. Nec dicendum est q̄ in ferro ignito sint simul in eodem loco ignis & ferrum: aut q̄ vipa ideſt pane intincto in vino sint simul panis & vinum: quorum vtrūq; est corpus. Sed quādo ferrum ignitur vtiq; ignitio non est aliud q̄ vehemens alteratio ferri a qualitatib⁹ ignis: ita q̄ potest aliud ignire: sed vbi est ferrū ibi non est ignis sed ardor & cauma: sique tamē porositates eēnt in ferro: ibi nil prohiberet esse ignem: vel in materia aeris prius ibi existentis generatus vel ī subtilibus partibus que resoluuntur a ferro: & sic de vipa &c. Qñ ergo duo corpora sunt sīl in eodem loco: cōmunior modus dicēdi fm doc. & magl cō cordans scripture fm supficiē lr̄e: qō ꝓbatur ex multis. Primo quia chr̄ist⁹ natus est de virgine clauso vtero matris. Remansit enim virgo p⁹ partum: sed illud fieri non potuit: nisi corpus x̄pi nascendo esset simul cū corpore virginis matris eius: ideo &c. Secundo quia chr̄istus surrexit clauso sepulchro: qō non posset esse nisi corpus chr̄isti esset simul cum lapidibus sepulchri ergo &c. Tertio q̄ chr̄istus post resurrectionem intrauit ad discipulos clausis ianuis. Quarto q̄ cum corpus celeste non posset diuidi saltem quātum ad substantiam sperarum: sed chr̄istus ascēdit in celum empyreum: ergo simul fuit corpus eius cum corpore celesti. Modus autem quo hic ponitur est talis: quantitas per corpus comparatur ad locum: habet duo facere scilicet reddere corpus quātum & occupare locum. Et primum est actus eius quasi cause formalis.

Scōm est actus eius quasi cause efficientis. Ex quo pōt sic argui: sicut se habet calor ad calefaciendum: sic se habet q̄ztitas ad occupandum locum: sed virtute diuina fieri potest: vt calor p̄sens calefactibili non calefaciat ip̄m vt factū est in fornace babylonis respectu trium puerorū. ergo eadem virtute pōt fieri q̄ q̄ztitas sit pñs loco ⁊ tamen non occupet locū: ⁊ sic alia q̄ztitas erit simul cū ea. Secundo sic: virtute diuina fieri p̄t vt amoto posteriori remaneat prius: cū hoc non implicet cōtradictionē vel repugnantiā intellectuī: sed dare quātū esse subiecto per prius cōuenit q̄ztitati q̄ occupare locū: quia ille est actus formalis qui simul est cuz forma in subiecto. Aliter tamen est actus eius vt cause efficiētis respectu alterius qui est frequenter tpe posteriori: ergo virtute diuina fieri potest vt corpus remaneat q̄ztum ⁊ tamen nō occupet locum. Aliquādo tamen dicunt q̄ nulla virtute fieri potest q̄ duo corpora sint simul in eodem loco: ⁊ ad omnes illas rationes respondit: sed quia tales expositiones quas illi faciunt de christo nascente de virgine ⁊ de sepulchro exeunte vel in celum ascendente q̄si via naturali potuerit esse: non sic accipiuntur a cōmunitate. potius est tenere modum prius dictum. s. q̄ virtute diuina duo corpora possint esse in eod̄ loco simul: sicut accidit in dictis mysterijs x̄pi nascentis resurgentis ⁊ huiusmodi in talibus enim melius est captiuare intellectū suum: q̄ presumptuosum aliquid asserere cōtra cōmune dictum etiam si non sit expresse contra scripturam: hec omnia pe. vbi supra. De dote agilitatis quid sit: ⁊ per quid: ⁊ vtr motus corpor glorificator sit in instanti. Et quātū ad primū ſm pe. vbi supra. q. 4. sciendū q̄ in homine est duplex motus. vnus ſm naturam elementi predominātis quo mouet naturaliē deorsū sic̄ ceca gratia. Ali⁹ ē mot⁹ c⁹ pncipiū ē aīa: ⁊ ē ꝓgressiu⁹ Et ē dr̄ia int̄ istos mot⁹

Primo q̄z pncipiū p̄mi motus est ex parte corporis tm̄ non aīe: sed p̄ncipiū secūdi motus ē aliqua pars corporis: non vt corporis: sed aīati corporis: vñ talis motus non cōpeteret corpori sine anima: sed bene primi motus. Secūdo q̄z primus motus est ad determinatū vbi ⁊ vniformiter: q̄z sequitur formā naturalē: sed scōus motus est ad diuersa vbi ⁊ diffformiter: quia sequit̄ apprehēsionem que pōt variari scōm diuersa appetibilia: ⁊ iō homo vel aīal pōt variare motum ad diuersa vbi ⁊ diuersimode tarde. s. vel. velociter. Tertio q̄z hō vel animal pōt sistere motum ꝓgressiuū per cognitionē que formatur imagini: sed non potest sistere motum primū qui scilicet est ſm naturā elementis predñantis. Si. n. homo esset sursum caderet: nisi esset quid retinens: nec posset sistere talem motum quin cadēt Ex hoc ad ꝓpositum agilitas dicit habilitatem ī corpore ad faciliter mouendū se scōm motū localem: non quidem ſm motū quo animal mouetur ſm naturā elementi predñantis: quia sic corpus mortuum esset agilius q̄ viuum: tamen nullus dicit corpus mortuum agile. Iteꝛ agilitas videtur esse conditio mouentis seip̄m: sola autem animata mouent se ⁊ ſm motum ꝓgressiuum: ꝓpter quod agilitas est facultas in corpore ad faciliter ⁊ ꝓmpte se mouendum motu ꝓgressiuo: Danc autem agilitatem rōnalem est ponere in corporibus glorificatis: quia vt dictum est in beatis corpus erit plene subiectum spiritui: spiritus autem seu anima compatur ad corpus: non solum vt forma: sed etiam vt motor: ⁊ ideo debet esse subiectum non solum formali perfectioni: sed vt motori: ꝓpter quod sicut corpus per impassibilitatem plene subijcitur anime: vt forme vel perfectioni: sic per agilitatem plene subijcitur ei vt motori adeo vt ꝓmpte ⁊ faciliter sine fatigatione celerrime moueatur secundum imperium voluntatis. per quid autem sit ista agilitas non est omnino clarum: videtur q̄ sit per ablationem grauitatis a corporibus beatorum: quod patet per auctoritatem augusti. zz. li. de ciuita. dei dicentis q̄ omnipotens deus auferet a beatis pondus grauitatis. Et quāuis hoc quod dictum est sit probabile: potest tamen sustineri q̄ hec obedientia sit non per amotionem grauitatis: sed ꝓ additionem qualitatis que impediat resistentiam grauitatis respectu aliorum motuum ad deorsum. ⁊ habilitet ad motum deorsuz plus q̄ grauitas. velocius enim mouetur corpus glorioſum imperiose a celo ad terram q̄ corpus graue ceteris paribus: ⁊ huiusmodi non esset ꝓpter inclinationem grauitatis: ergo ꝓpter aliquid aliud. Si dicatur q̄ hoc est ꝓpter diuinam virtutem assistentem ꝓhibentem ne medium resistat corpori glorioſo tantum quantum faceret corpori non glorioſo non sufficit. quia gratia perficit naturam scōm modum eius. Cum ergo sit natum reddi bene mobile ab anima per aliquod intrinsecum: puta spiritum ⁊ bonas dispositiones ī neruis ⁊ musculis: ergo probabile est q̄ per intrinsecum positiuum faciat sic mobile ⁊ agile. Erunt enim homines pares angelis habentes per gratiam impassibilitatis quod illi habent per naturam ⁊ similiter per agilitatem ⁊ subtilitatem: sicut ergo corpus est subiectum angelo ad motum localem: non per solam virtutem diuinam ꝓhibentem resistentiam vel amouentem qualitatem inclinantem ad contrarium: sed per intrinsecam naturam: sicut ⁊ graue obedit nature superiori ad supplendum vacuum manente sua grauitate: quia per intrinsecam naturam est sibi hoc ī ditum: sic per gratiam intrinsecam erit corpus humanum obediens spiritui ad motum sine amotione grauitatis. Ad auctoritatem augusti. supra positam in contrarium. R⁹. q̄ deus auferet pondus a corporibus beatis: nō quo ad eētiā: sed quo ad impedimētū: sicut dicit q̄ caro et sanguis regnū dei nō possidebūt: quo ad culpaz: sed quo ad naturam. Tenendū est autem ſm pe.

vbi supra q̄ corpora glorificata q̄ñq̄ mouebuntur: quod etiam de ipso christo credibile est. Unde beatus tho. dic̄ q̄ quādo christ⁹ apparuit beato Paulo in via ad damascū ꝓstrato ad terram dicens: Ego sum x̄ps: descendit x̄ps de celo corporaliter ſm p̄tiam suā corporalē: vnde & tanq̄ testimoniū de visu reddens ait. Nouissime tāq̄ obortiuo apparuit mihi. i. cor. 15. Ratio huius q̄ corpora beatorū moueātur localiter est: q̄ virtus ꝓcedens in actū exercitum de potentia perfectior apparet q̄ si non exiret in actū: actus enim manifestat virtutē. Cū igitur in beatis sit virtus motiua perfecta ex pte anime: & summa habilitas ex parte corporis: rationale est q̄ q̄ñq̄ demōstretur p effectū: & ita ꝓbabile est q̄ sancti aliquādo moueant̄ motu processiuo qui solum apparet in nobis causatus ab aīa per apprehēsionē appetitus & exercitus per determinatā motionē partium corporis que organice huic motui deseruiūt vt̄ aūt cōpetat eis alius motus q̄ mouet corp⁹ ab aīa: non organice. i. non pars post partē: sicut nunc fit: sed totum simul & ex quo: sicut graue descendit deorsum: & leue ascēdit sursum: videtur quibusdam q̄ sic: & videt̄ opinio vera. s. q̄ cuius corpus glorificatū possit moueri organice & ꝓgressiue: sicut mō: nihilominꝰ tū & totū simul poterit moueri: vt leue sursū: & graue deorsū: sicut & angelus mouet corpus assūptū & nō assūptū: cuius non sit vsquequaq̄ simile: q̄ celū nō posset moueri nisi circulariter. Cū enī dicit scriptura de x̄po q̄ ferebat̄ in celū non videt̄ q̄ pedetentim quasi p gradꝰ scale ascēderet: nō q̄ in aere vestigia figere nō posset: q̄ mortalis sup aquas ibat: sed ideo q̄ non videt̄ q̄ nō vnā tibiā post aliaꝫ moueret: sicut fit currēdo posset glorioſū corpus ita cito moueri sicut dicit̄ eē mobile. Non. n. sic cōprimēdo passus suos posset tēpore ipceptibili descēdere de celo vel ascēdere: sicut ḡ angelus deū portauit abacuch & reportauit: & spūs dñi rapuit philippū: sic beati glorificati in corpe mouētur q̄ volūt ꝓgressiue & nō ꝓgressiue: & quēadmodū scyntille in arūdimeto discurrent. De tpe motus corpum glorificatorū dicendū ſm pe. vbi supra q̄ motꝰ eorū nō erit in instanti: sed ī tpe: q̄ oīs motus q̄ est de extremo in extremū p medium necessario ē in tpe: sed oēs motus corporū gloriosorū sūt hi⁹ ḡ & c̄. Maior ꝑz: q̄ rō medij ē q̄ō p⁹ attigit a mobile q̄ ad extremū: vt ꝑz ex. 5. phi sycor: prius aūt & posteri⁹ nō sunt nisi ī tpe. Minor ꝓbat: q̄ nulla virtus creata pōt mutare cursum nature in motu locali: sed cursus nature in motu locali est q̄ sit de extremo in extremū per medium. Virt⁹ aūt motiua corporū glorificatorū ē virtus creata. s. virt⁹ aīe: quare necesse est q̄ ille motꝰ sit in tpe. Est igit̄ cōis opinio q̄ nō mouebūtur in instāti ſz tpe ipceptibili q̄ñ volent & more ꝓput volēt. Et q̄ aug⁹. dicit q̄ vbi voluerit esse spūs ibi statim erit corpus: statim nō dicit in stās pꝰ cito. Et q̄uis pꝰ rōez ñ sit tps q̄ō ē passio p̄mi mobil: q̄ t̄ cessabit motꝰ p̄mi mobil: ē tñ pꝰ ea tps q̄ō ē mora cōtinua & successiua motuū qui fient tūc.

De dote claritatis.

Corpa beatorū erunt lucidissima coloribus pulcherrima & pre/uia Quantum ad primum dicit pe. de pal. di. 44. q. 5. q̄ nomen claritatis q̄ntum ad suam primam impositionem īportat ꝓprietatem lumīs sicut & suum oppositum. s. obscuritas īportat ꝓprietatem oppositam gratie vel priuationem luminis: sed quia mediāte lumine perficitur in nobis potissima cognitio sensitiua exterior quā habemus. s. visiua: per quā res nobis potissime manifestantur: & eius nomen ad omnes alias cognitiones trāsfertur: per quā nobis aliqua veritas manifestatur: & ideo nomen claritatis transferē ad manifestationem veritatis: vnde omnem veritatem nobis manifestam dicimus esse claram & per consequens q̄ō est sui bene manifestatiuuꝫ dicimus esse clarum. Et secūdo potest dici q̄ claritas dupliciter erit in corporibus glorioſis. Primo secundum vltimum modum scilicet in/q̄ntum clarum dicitur illud quod seipsum manifestat tanq̄ habens puritatē nature ſue speciei sic enim corpora gloriosa erunt clara: quia qualitates eorum maxime ad visum pertinentes vt color & figura erunt purissime nihil impuritatis habentes admixtum: & hoc nullus negat. Sed quantum ad primum modum potest dici q̄ claritas erit in corporibus glorioſis dupliciter: vno modo sicut est claritas in corporibus bene tersis & politis: & ex incidentia radiorum solis vel alterius corporis luminoſi: que claritas ē valde magna si corpus sit bene tersum & politum: vt vitrū aurum & argentum & huiusmodi. Constat autē q̄ corpora gloriosa erunt multum polita & tersa ꝓpter quod ex incidentia solis & aliorum luminarium fulgebunt maxima claritate: nec istud etiam habuit dubium. Secundo ergo modo ponitur a quibusdam claritas dicentibus: q̄ sicut est qualitas intranea solis vel alicuius alterius corporis luminoſi: sic claritas in corporibus glorioſis erit intranea qualitatis corporib⁹ glorioſis: & istud est difficilius ad intelligendum.

Primo quia talis qualitas non videtur ponēda in corporibus glorioſis ꝓpter hoc q̄ magis delectet visum aſpicientium: quia nos experimur q̄ maior delectatio est pulchritudinem figere & colorem hominis aſpiciendo q̄ clarita/tem solis: etiam si claritas eius non lederet.

Secundo quia difficile est videre quomodo color & lux intensa qualis scōm hanc opinionē ponitur in beatis: ponitur enim equalis luci solis possit stare cum colore: nihilominus non est negandum quin deus possit dare talem claritatem corporibus glorioſis. Cuius ratio est: quia illa que scōm naturam possunt stare simul vtroq̄ vel altero existente in gradu remisso ſue speciei

pñt ⁊tute diuina ſimul eẽ ⁊troq; exñte in gradu intẽſiſſimo ſue ſpẽi:ſed lux ⁊ color ſũt in eodem ſubiecto ꝑ naturã vtroq; vel altero exñte in gradu remiſſo ſue ſpẽi:g̃ vtrq; põt eẽ ſimul ⁊tute diuina ĩ gradu itenſiſſimo :vñ ĩ nocti lucis ſtant ſimul color ⁊ lux.Erũt g̃ corpa glorioſa lucida nõ ſolũ ꝑ refulgẽtiã vel alior luminariũ ĩcidẽtiũ ſuper illa terſa ⁊ politiſſima ſic̃ vitr:ſed ꝑ intriſecã inherẽtiã lucis manẽtis ĩpreſſe ⁊tute diuina:alꝫ nõ lucerẽt niſi pñte luminari:ↄ illud apoc.xi.c.ci uitas illa nõ eget ſole nec luna ⁊c̃.ad obiectionez de delectatõe ℟.qz pulchritudinẽ cãdoris lucꝭ delectabilis admirabit̃ oculus ſuppoſit̃ q; nõ le dat ſz ↄfortet plus q̃:quẽcũq; colorẽ ſeu figuraz qz delectatio cauſat̃ ex cõmixtõe ↄueniẽtis cũ cõueniẽte.Nihil aũt ẽ ↄueniẽtꝰ potẽtie q̃ ſuũ ꝑmariũ obiectũ. Primũ aũt obiectũ viſus nõ ẽ figura:q̃ ẽ ſenſibile non ꝓpriũ ſz cõe nec color ſed lux:qz ꝑmũ in vnoquoq; ẽ cã alior ĩ illo genere videt aũt color ꝑ lucẽ ⁊ nõ ecõuerſo: vñ nõ põt videri color ſine luce ſz bñ ecõuerſo: ⁊ iõ dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ oculis videre ſolẽ plꝰ q̃ alium colorẽ. 2ꝰ.ſ.de colore ſciendũ q; nõ ſolum erũt fulgida ⁊ lucẽtia:ſed ẽt colorata pulcherrimis coloribꝰ ⁊ viuaciſſimis:⁊ cũ lux inerit pfectiſſima ⁊ vtrq; ſimul videbit̃:qz qcqd pulchritudinis ẽ in alijs ⁊ nobilitatis excelleter dz eſſe in illis.Cõſtat aũt q; lux eſt decor totiꝰ mũdi.Color ẽt ẽ pulchritudo oĩs mixti terminati:vñ vtrq; erit ibi:nõ ſolũ aũt erũt lucida ⁊ colorata: ſed etiã ꝑuia:nõ ꝓpter poros tantũ: qz licet ibi ſint futura foramina oris auriũ ⁊ hiꝰ que ꝑtinẽt ad pfectionẽ nature:tñ pori ꝑ qs ſudor exit ⁊ hiꝰ nõ erũt ibi:qz ibi ĩpfectio nõ erit:hoc aũt ẽ impfectionis.Vñ celi ſolidiſſimi q̃ſi ere fuſi ſũt ſine por qõ ẽ pfectõis ĩ eis:igit̃ illa corpa glorificata erũt tota ꝑuia ſic̃ vitr.Vñ greg. dicit.18. mor. exponens illud Job. Nõ adequabit̃ ei aur aut vitrũ qõ patebit corporalibꝰ oculis:ĩpa ẽt interior armonia:⁊ apoc. penul. Ciuitas illa eqparat̃ vitro mũdo:nõ q̃ ad fragilitatẽ:ſed q̃ ad puritatẽ ⁊ puietatẽ. Nõndũ etiã ↄ ſecũda poſſibilitate ſimulate luc radioſe ⁊ puietate.Nõ.n.ẽ difficile quõ cũ iſta puietate luceãt ſicut aer:ſed quõ fulgeant aut radios emittãt:hoc.n.cũ ſit pfectõis ĩ lumĩaribus nõ ẽ de eis negãdũ. Vñ ⁊ corpus xp̃i vocatur lucerna:apoc. lucerna eiꝰ.ſ. ciuitatis ẽ agnus .ſ.xp̃s:⁊ ibi ſũt duo magna luminaria.ſ.corpꝰ eiꝰ ⁊ matris ſue:ceteri vero erũt ſicut ſtelle:vñ nõ indigẽt alijs luminaribꝰ.Videmꝰ aũt ĩ coribꝰ lucere ⁊ illuminare ſimul ſola corpa opaca vt ſtella q̃ ẽ depreſſior vel dẽſior ps ſui orbis:nõ autẽ trãſparẽtia vt ignis in ſpera ſua ẽ puꝰ:ſic̃ diaphanus ꝓpt̃ qõ nõ ĩpedit videre celũ ⁊ ſtellas :ſed ĩ materia aliena ẽ opacꝰ:vñ ĩpedit videre parietem poſteriorẽ ĩ camino ⁊ in ſpera lucet:⁊ nõ illuminat ĩ aliena materia:puta ĩ flãma illũiat: ſed deꝰ ſic̃ põt facere pfectũ colorẽ ⁊ lucẽ in eodẽ ſubiecto q̃ reſpectu nature acgrũt diuerſas diſpões cõtrarias:ſic ⁊ in coribꝰ beatorꝫ ꝑuijs facit lucẽ intenſiſſimã:⁊ ꝑ ↄñs radiatiuã:pie etiã tenẽdũ videt̃ q; ſicut viſus hẽbit ſuã pfectionẽ ⁊ delectatiõe ĩ vidẽdo pulcherrima:ita alij ſenſus. Nã et de auditu dicit̃ in ciuitate dñi iugiter ſonãt organa ſanctorꝫ:ibi angeli ⁊ archãgeli hymnũ deo de cãtãt:qõ ⁊ ſi ſpũaliꝫ ĩtelligi oporteat ĩ angelis:qz nõ hñt corpa:ſed ſãcti cũ habebũt corpa miſeri cordias dñi ĩeternũ cãtabũt:ẽt voce corpali nõ ex aere cãta:qz ibi nõ ẽ:ſed ꝑ aliuz modũ ex dei ope cui nil ẽ ĩpoſſibile.Et de odoratu canit̃ ſancti tui florebũt ſic̃ liliũ qõ ẽ valde fragrãs : ⁊ ſic̃ odor balſami erũt añ te:guſtꝰ ẽt ſentiet quãdam mirabilẽ dulcedinẽ abſq; comeſtione cuiuſq; rei q̃ ibi nõ erit neceſſaria:ſic̃ nec moyſi fuit ĩ mõte ſinay cũ ãgelo ꝑ q̃dragenã loquẽti.Cõtact̃ ẽt qdã honeſtiſſimꝰ nõ ↄmixtõiſ:qz ibi nec nubẽt nec nubẽt ſz erũt ſic̃ angeli dei:matb.xxij. Generatio.n. ibi nõ erit cũ finitus ſit numerus electorꝫ a deo ꝑdeſtinatorꝫ ob quẽ fiẽdũ,ẽ ordinata ĩpa ↄmixtio nec ibi ĩſurget aliqs minimꝰ ſtimulꝰ cõcupiſcẽtie ſenſualitatis oĩmode ſubdita rõni:in cuiꝰ etiã remediũ ꝑ peccatũ ꝑmũ ẽ cõceſſa copula cõiugal̃ Sed qdã caſtiſſimus ⁊ ſanctiſſimꝰ ãplexus eo mõ q̃ ſãcti viri ſe viſitãteſ mutuo ãplexati ⁊ oſculati ſũt intuicẽ:vt ioſeph fratres ſuos ⁊ virgo maria filium.

De aureolis in generali. ra·bnſ·

E aureolis et pri/

mo in genere. Sciẽdũ igit̃ ſecũdũ pe.ↄ pal'.in.4.di.49.q.8.q; aureola ẽ quoddã gaudium de opibus a ſe factis q̃ habent rationẽ excellẽtis victorie.Vñ differt ab aurea q̃ ẽ ꝑmiũ eẽntiale.ſ.gaudiũ de deo:⁊ debet̃ victorie ĩ cõi. Et ſic̃ aurea ꝓncipaliꝫ ẽ in aĩa ſic ⁊ aureola:ſed ꝑ redũdãtiã in corpe erit quedã decẽtia ⁊ fortitudo ſingularis repñtatiua aureole ꝓdicatorꝫ in orde:q; ginibꝰ in illa parte:martyribꝰ in cicatricibus vel alijs ꝓtibꝰ corpis ſm genꝰ martyrij:vt ſtatim ex aſpectu corpis ſciat̃ qualis q̃ſq; fuerit martyr q; go'vel doctor.Sũt aũt tres ſcõm aĩe vires.ſ.irãſcibilẽ ⁊ cõcupiſcibilẽ:⁊ tres cõtra victorias excellẽteſ.ſ.mũdi diaboli ⁊ carnis.penitet.n. ſimpliciter aureola martyrij plus q̃ illa doctorum:quod patet in catalogo ſanctorum. In lethanijs enim eccleſia prefert martyres doctoribus, ⁊ doctores virginibus. Una autem aureola eiuſdẽ ſpeciei prefertur alteri ſecundum excellentiam actus:vt qui acerbius martyrium tulerit :aut q; puriorem virginitatem habuerit vitando occaſiones:aut qui plures ſaluat predicando:aut qui frequentius predicat. Unde Paulus qui dicit plus omnibus alijs laborauit : Et ipſe ait. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie. Non competit autem chriſto propꝛie:quia nec angelis quia in eis non eſt pugna aliqua cum ſunt

imortales ⁊ icorporales: de ỹgie ãt maria sec⁹.

De aureola in speciali

⁊ primo martyrij. Ubi notandũ ꝑm pe. vbi supra q̃ tria requirũtur ad istã aureolã. s. pena cã ⁊ voluntas. Nam cõditio vel dispositõ caritatis. s. q̃ oz habere caritatẽ ad aureolã ꝓmdaz; istud ẽ cõe oĩbus aureolis: nã aureola psupponit aurea. Debeť ḡ aureola martyrij solũ per penã mortis. Unde pz q̃ nec obedientibus debeť q̃uis p obedientiã mactaťe ppria volũtas: etiã si duret obia vsq; ad mortẽ: nec pauperib⁹ q̃uis morianť mundo: nec per penitentiã q̃uis penitentes crucifigãt carnẽ suã: nec beata ỹgo q̃uis plus doluerit q̃ martyr eã bz: nec beat⁹ dñic⁹ q̃ sitiebat martyriũ: sic̃ sitit ceruus ad aque fluuiũ: nec Jo. qui calicẽ passionis voluntarie bibit: nec pueri ī camino fornacis babylonice: nec siluester q nõ ex passionibus obijt q̃uis sustinuerit tormẽta: nec lucretia romana q̃ sẽ interfecit illicite. Quedã aũt virgines que ne coopenť se submerserũt: q̃ cõsilio spiritꝰ sancti credit eas hoc egisse: de q̃bus dicit augl. de ciui. dei. Et sãpson filr ⁊ machabei q sustinuerũt mortẽ ne legẽ violarẽt in esu carnis porcine. Martyriũ. n. ẽ circa mortẽ ab alio illatã. Unde nec razias q se occidit. Siqs aũt genꝰ mortis sibi elegerit: vt beatꝰ petrus q petijt vt versis pedib⁹ crucifigeretur: ne filꝛi pena ieruus puniret vt dñs: nõ perdit aureolã. Si aũt ppter ieiũm elegerit: vt tolerabiliorẽ mortẽ seu facilioꝛẽ habeat: pdit aureolam: sicut fecit seneca quẽ nero occidit: quẽ dicẽ biero. q̃ fuisset martyr: nisi genus mortis elegisset optõe sibi data: vt. s. in balneo vtroq; brachio minuereť: ⁊ sic sensibiliter mozereť: ppter qõ vt dicit̃ in. 3. dialogoꝝ: qdã sanctꝰ traditus lõgobardis vt occideretur mortis optione sibi data nullã eligere voluit: sed dixit illã toleraturũ quã dominus pmitteret: quẽ tñ dñs a morte eripuit miraculose. Nec refert vtq; mors statim aut postea sequat̃: dũ tñ ppter illud mors causeť vel acceleretur: vñ de mortuis in carcere vel exilio martyria celebrãtur: q̃ bi⁹ mortes acceleraſſe ꝑsumũtur. Si aũt martyr suscitet ⁊ itez martyrizet certũ est q̃ de vtraq; morte gaudiũ habebit ⁊ duplicatũ vel numeraliter vel ỹtualiter: ⁊ sic per duas mortes videť. s. sebastian⁹ duas aureolas martyrij habuisse. Scõo qõ regrit̃ ad aureolã martyrij est cã: q̃ ei testis ẽ martyr ī cã fidei ꝑ ecclesia: ꝑ quocũq; ar. fidei vel iure ecclesie vel q̃cunq; virtute: q̃ virtutibus desponsat̃ ecclesia xp̃o: morianť vere ẽ martyr. Unde ⁊ be. tho. cantuarien. eps qui ꝑ iurib⁹ ecclesie sue defẽdẽdas occisus ⁊ Jo. bap. q̃ ppter ỹtutẽ castitatis cõmẽdãdaz ⁊ reprehẽdẽdo herodẽ de incestu decapitatus est. Tertiũ qõ regrit̃ ẽ volũtas: q̃ siqs dormiẽs aut fugiẽs occidereť aut se defendens inuit⁹ martyr non est. Unde mauriti⁹ cũ socijs ꝑiecerũt arma q̃ viderũt venire satellites ad se occidẽdũ vt martyres fierẽt. De innocẽtibus tñ vt de martyrib⁹ solẽnizat ecclesia. Et certũ est q̃ gaudiũ spãle habẽt de morte ꝑpẽ x̃pm suscepta: licet non electa. Unde nõ ẽ cõpleta in eis rõ aureole. Qui aũt cruce signati in bello hostiũ x̃pi pugnãdo pereũt: martyres fiũt: q̃ nõ se sed x̃pm ⁊ eccl'iam defẽdẽdo moriũtur: vñ mortẽ nõ fugiũt sed eligunt.

De aureola doctorum

Sciẽdũ ꝑm pe. vbi supra q̃ doctorib⁹ debeť aureola: dañ. 12. q̃ ad iusticiã erudiũt plimos q̃si stelle ī ꝑpetuas eternitates. Sed si querat̃ qb⁹ doctorib⁹ debeť. Dicẽdũ q̃ nõ solũ platis ⁊ magris in theologia: sed etiã alijs: dũ tñ missis nec illis nisi actu ꝑdicãtib⁹. Tertio cui doctrine ꝓueniat ista aureola? ⁊ dicẽdũ q̃ docẽtib⁹ de pertinẽtibus ad salutẽ. Unde licet laudabile viteq; necessariũ hominũ aduocatõis officiũ maxime ꝑncipalibus fuitijs opozteat remunerari. C. ō aduo. di. iu. laudabile. nõ tñ habebũt aureolã: ⁊ idẽ de medicis physicis ⁊ alijs: ĩmo nec theologi dũ physicã docẽt: nisi ꝑut bis vtunť ad declaratõem theologie captiuãtes animi ītellectũ ī obsequiũ fidei sic̃ paulus vtit̃ dictis poetaꝝ ꝑdicãdo. Quarto de mõ: q̃ siue scripto siue ỹbo legẽdo vel ꝑdicãdo dũ tñ publice merẽť eã. Unde mulier hanc aureolã habere nõ põt cui ꝑdicare nõ licz: nec ẽt fraterne cozrectõi solũ debeť. Quãto ō fine: q̃ si ꝑpter vanã gloriã vel lucꝝ tpale ꝑdicat: recepit mercedẽ suã: quã p pñiam recupat: q̃ pnia nõ vnificat mortua: dicũtur aũt mortua opa nõ soluz sine caritate facta: sz etiã sine recta intẽtõe ⁊ q̃cũq; nõ fuerũt a ꝑncipio meritoria. De aureola ỹginitatis. Uirginitas aũt duo ĩportat. s. mẽtis puritatem ⁊ carnis integritatẽ: in spẽali aũt ỹgo beata ꝑpter pugnã hostis. Abel nõ habuit aureolã: q̃ ꝑpositũ habuit nubẽdi ⁊ ꝑcreãdi si vixisset: aliogn peccasset: nisi inspirat⁹ a spũ sãcto ꝓtinuasset. Jeremias ãt vt ait biero. Uirginitate sua vixꝝ euãgelicũ x̃pi ecclie dedicãs cõsilio spũs sancti lege ꝓuata cõtinẽs bz aureolã non animi filia Jepte q̃ ỹginitatẽ suã defleuit: helias aũt sic. Sz de oppressis: si ex postfacto cõsentiãt: ⁊ finaliter peniteãt: recupãt aureolã: q̃ cõsẽsus sequẽs non põt eẽ cã act⁹ ꝓcedẽt]: sz q̃ illa duo ocurrũt inrepabilr amittit̃ ỹginitas. De eunuchis ī nouo testamento videť q̃ habeant aureolã si sũt ī ꝑposito nõ expiendi actũ venereum etiã si possent. Qui vero dolẽt de sua ĩpotẽtia: ⁊ dolẽt q̃ ñ põt exercere actũ illum: sed vellent esse potentes ad experiẽdũ actum illũ non habent aureolam. Primi etiã eunuchi qui minus habent de pugna q̃ alij minus habent de cozona: habẽt tñ aliquales quia est excellẽs victozia: vnde nereus ⁊ achileꝰ eunuchi cum aureola martyrij habent etiam aureolam virginitatis: quia verisimile est: q̃ si potuissent non cõtraxissent: q̃ tamen domicelle persuaserunt abijcere nuptias: ⁊ sic de Joban. ⁊ pau. Sed de eunuchis veteris testamenti secus est vt daniele ⁊ socijs: quia non videtur q̃ haberẽt

ꝓpositū.ſ.abſtinendi a nuptijs:qz tēpus tunc nō erat ꝓ virginitatis. De pueris baptizatis mozientibus.Sciēdū q̄ nō habent aureolam:z ſi arguatur q̄ in baptiſmo oēs virtutes infundunt̄ que ſunt neceſſarie ad ſalutem:vnde nō virginitas q̄ nō eſt neceſſaria:qz cōiugatus poteſt ſaluari.Uel etiā dicēdū q̄ aureola debetur actui nō habitui vel ꝓpriationi.Puer autem nullū actū adhuc habet:quia carnis integritas in actū ꝓuatōe ꝓſiſtit.

f. **De fructibus caſtita/**

tis in patria.Sciēdū ſm pe.vbi ſupza q̄ fructꝰ ꝓ ut diſtinguitur ab aureola eſt ꝓmiū qō ſpāliē debetur homini:ex hoc q̄ ex ſemine verbi dei i ſpiritualitatē cōſurgit extollendi carnē ſuā. Trahit̄ hoc ex verbiſ chriſti in euāgelio loquētis de terra bona in quā ſemen iactū fructificat.xxx.aliud lx.aliud.c.math.13.vnde aurea eſt gaudiū ō deo. Aureola eſt gaudiū de triūpho.Fructus vero eſt gaudium z delectatio de ſpūali exercitio:qz delectatō ſpūalis debeꝫ ſpecialiter illi qui abdicauit a ſe carnalem affectū.Si queriꝫ cui virtuti fructꝰ debeaꝫ? Rñdeo ſm docto.ſicut aureola non debetur victozie cuilibet ſed excellenti z in materia excellenti:ſic z fructus ſuo mō. Qui enim imporzat delectatōem debitā ſpernenti delectatōes ideo debeꝫ illi virtuti:non que ſpernit minozes delectationes:vt guſtus: puta abſtinentie:ſed ei que ſpernit maiozes delectatōes ſcilicet venereas ſicut cōtinentie z caſtitatis. De diuiſione autē fructuū ſciēdū q̄ cū fructus debeaꝫ cōtinentie ſm diuerſos modos cōtinēdi ſunt diuerſi fructꝰ cōtinētie.Cōtinēti.n.cōtinētia ē neceſſaria ad ſalutem q̄ minoz nō ſufficit:ſicut ē caſtitas cōiugalis debetur fructus.xxx.Cōtinenti vero abūdāti cōtinentia ſm determinatuz tps:ſicut eſt caſtitas vidualis que abſtinet a ſcōis nuptijs debeꝫ fructus.lx.Continenti aūt ſimpliciter z naturaliē qō ē ꝓ perfectionē virginalē debeꝫ fructus cētefimꝰ z ſicut ad aureolā nō ſufficit votū ſeu ꝓpoſitum ſine effectu ſic nec ad fructū :vñ ſigs i morte peniteat cū ꝓpoſito cōtinēdi aureā quidā habet:ſz nō fructū:q vero corruptus peccato penitēs vixit ſanus cū ꝓpoſito cōtinēdi:niſi matrimoniali ter habet fructū. xxx.ſed cū ꝓpoſito continendi ſimpliciter habet fructū.lx.nā cētefimū habere ñ pōt:exquo ſemel corruptꝰ mēte z corpoze ſiē nec aureolā zē.

Incipit titulus.xxxij.
Qđ chriſtus eſt caput eccleſie z omnium hominum ſm diuerſos gradus.c.i.

El domine ſuſcep

t toz meus es gloria mea z exaltans caput meū.ps.3. Dec ẏba pſalmiſte ꝑñt eē z xp̄i hoīs ad deū:z eccl̄ie militāt| ac triūphātis ad ip̄m deū. Eſt.n.dñs deꝰ ſuſceptuz eccleſie:qz ſuſcepit naturā humanaz :ſuſcipit ipam ad miſericozdiam:ſuſcipit ad veniā. Eſt et glozia eccleſie:quia cauſa glozie eam conferens z id in quo vere id glozianꝫ: et in quo in futuro glozificatur. Eſt exaltans dominus caput eccleſie qō ē xp̄s:ip̄m.n.ait apl's ad ephe.dedit caput eccleſie:qz vt dicit̄ phi.2.deus exaltauit illum.ſ. xp̄m:z dedit illi nomē qō eſt ſup omne nomē:vt in noīe ieſu oē genu flectaꝫ celeſtiū terreſtriū z infernoz. Et quia idē apl's ait caput chriſti deꝰ.i. hūanitatis xp̄i:iō ſm vtrāq̄ naturā xp̄s pōt dici caput eccleſie ſm vincen.in ſpeculo hiſtoziali.li. vij.nā ſm q̄ deus ē caput oīm beatoz:qz ſpūaliē eos viuificat ſanctificat z regit vtens eis ad libitū ſuū:ſicut caput mēbzis ſuis:z ſm hoc tota trinitas eſt vnū caput eccleſie vniuerſalis.ſ.angelorū z hoīm.pozro ſm hūanā naturā dicit̄ methaphozice caput eccleſie ex hominꝫ collecte ꝓpē nature cōfozmitatē quā oz caput ad mēbza habere ſeu corpus:ac ēt qz oēs ſenſus z motus ſpirituales ꝓcedūt i eccleſia ab eo:vt in corpe naturali a capite ꝓfluit motus z ſenſus i mēbza ſm qō etiā dicit̄ caput angeloꝝ. Sz notandū cū dicit a xp̄o hoīe vt a capite oēz ſenſū ſpūalē z motū gratie in corpus eccleſie fluere vel ꝓcedere: hoc nō ē intelligēdū p modū auctozitatis z cāe efficiēt|. Nā ſm dionyſiū a ſola deitate ꝓcedit gratia i eccleſia:ſed iſte fluxus z ꝓceſſꝰ p modū meriti: qz nobis chriſtus meruit oīa chriſmata :z p moduz fidei ſimilitudinis:qz p fidē qua in eū ꝓcredimꝰ ei aſſimulamur:tū etiā inq̄ntū homo ꝓpter plenitudinem gratiaꝝ eſt exprezſiſſime ſimilis deo:z p mū in vnoquoq̄ genere ē cā z regula z exēplar oīm creaturarū:ante quidē incarnationē fuit xp̄s caput oīm ſanctoz ſm humanitatē:nō quidē ſimpliciter exiſtētē:ſed creditā:vnde caput fuit abel tēpoze abel ſm humanitatē:nō que tūc eēt i actu ſed que erat in fide abel. Fides.n. eſt ſupza tps: et humanitas que ſignatur in fide cōiter ſe extēdit ad oē tēpus abel.itaq̄ p fidē q̄ credidit chriſtum foze chriſmatibus plenū z deo ſimillimū ei aſſimulari voluit z aſſimulatus ē:ideo p fidē iſtam aliqd in eū de ſimilitudine eius fluxit:z ſic ō aliis ſanctis veteris teſtamēti:hec vincē.vbi ſupza.

Iſtud ergo caput ec/

cleſie deus mirabiliter exaltauit vt non ſolū fuerit:z ſit in eo omnis plenitudo ſapientie gratie z glozie inq̄ntum homo:ſed omnis ſtatus eccleſie triumphantis z militantis aliquo modo reperiaꝫ in eo:fuit enim ſimul z viatoz z comprehenſoz Unde merito inquit ambzo.omnis anima accedat ad xp̄m:quia omnia nobis factꝰ ē xp̄s:ſi celū deſideras:via ē:ſi tenebras bonozes lux ē: ſi infirmitate grauaris medicꝰ eſt:ſi febzibus eſtuas fōs eſt:ſi moztem times vita eſt:ſi quietem pax eſt. Sed reſumendo omnes ſtatus ſupza deſcriptos eccleſie militantis inueniemus in eo z poſtea etiam eos qui ſunt in eccleſia triumphanti.

Primo enim ipe tanq̃ sponsus ꝓcedens de thalamo suo copulauit sibi eccleſiā ñ habēs maculā nec rugā:ipe per virginitatem flos campi ⁊ liliū cōuallium ſcriptū habet in femore ſuo:rex regum ⁊ dñs dominantiū:qui aſcēdēs officia ſua diſtribuit:quoſdā enim dedit apoſtolos alios paſtores ⁊c. Ipſe dux celeſtis exercitus ⁊ terreſtris qui pugnat ꝓ nobis ⁊ vicit leo de tribu iuda:magiſter veſter vnus eſt chriſtus ait ipe:quē nobis doctorē iuſticie aduocatū habemus apud patrē ieſū xp̄m. Inqt Jo.in canonica. Et q̄ non eſt opus valētibus medicus ſed male habētibus miſit dñs ieſum nobis: vt mederetur contritos corde:iudex cōſtitutus eſt a deo viuoꝝ ⁊ mortuorum reddens vnicuiq̃ ſecundū opera ſua. Hic eſt negociator ille celeſti q venale portat regnū celoꝝ:cuius p̄ciū eſt q̃ſtū habes:nihil vili⁹ cū emitur:nil carius cū poſſidetur:hic eſt enim oīm artifex oēm hñs ſcientiā ⁊ artem: qui ⁊ agricola exit ſeminare ſemen ſuū. Luc.iz.c. ⁊ plantauit vineaz ſoreth hoſpitalarius eſt:⁊ q venit ad eū nō eijcit foras:⁊ in pauperibus ſubuenit:hoſpes erā ⁊ collegiſtis me ⁊c. Patronus es p̄imus eccleſie cōſtruens eā:dotans ⁊ defendens:oīm ordinum officia exercens:ſacerdos eſt ineternū ſecūdum ordinē melchiſedech oīa ſacramenta inſtituens. Predicauit p̄ceptuz domini diſcipulos mittens p̄dicare ⁊ ſanare infirmos. Claues regni celoꝝ petro p̄o cōfeſſoribus dedit:qui tñ p̄ius ſoluit cōpeditos:religiones ipe fundauit:mēdic⁹ ⁊ pauper obediens vſq̃ ad mortem cōtinentiſſimus fuit. Aſſiſtens aūt pontifex futuroꝝ bonoꝝ q̃ peramplius ⁊ pfectius p ꝓp̄riū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta eterna redēptione inuēta. Vi ſitauit inſuper ⁊ fecit redēptōnem plebis ſue. Legatum miſit ad gentes dñm ieſum: ſummus ſacerdos eſt qui habet claues ⁊ nemo aperit:aperit ⁊ nemo claudit:cuius vicarius eſt quilibet papa:decedēs oſtēdit in latrone extremā penitentiam poſſe ꝓficere:teſtamentū cōdidit patri cōmēdans ſpiritū:diſcipulo matrē:veſtē militibus: nobis ſanguinē ſuū:in alieno ſepulchro p̄opē pauperatē ſepultus:quo ad cōprehēſores inter āgelos magni cōſilij angelus dicit̄:⁊ angelus teſtamenti ipe vt ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis: miſſus.i.apoſtolus fuit:q̄ miſit deus filiū ſuum Uenite ⁊ videte filie hieruſalē martyrē.ſ.xp̄m cū corona qua coronauit eū. Ego ait ipe ſemper docui in templo vbi oēs cōueniūt:vt publicus doctor. Ecce quomō dñs ſuſceptor noſtre nature cā glozie ⁊ exaltauit chriſtū caput eccleſie:ſed certe non decet ſub capite ſpinoſo ſcilicet chriſto mēbrum fieri delicatū inquit Ambroſius. Unō ait auguſtin⁹. Recuſat eſſe in chriſti corpore.i. eccleſia qui aduerſa non vult pati cum capite:at oculi ſapientis in capite eius ſcilicet xp̄s ad contemplandum conuerſationem eius afflictionib⁹ plenam:⁊ ideo conatur cum imitari:vt cum eo capite poſſit gloria ⁊ honore coronari.

Quomodo autem chri

ſtus ſit caput eccleſie ⁊ qua ratione pleniꝰ declarat beat⁹ tho. Nota ergo ſm tho.i.3.pte.q.8.ar. i.q̃ ſicut tota eccleſia dicitur vnum corpus myſticum per ſimilitudinem ad naturale corpus hominis q̃ ſecunduz diuerſa membra habet diuerſos actus :vt apoſtolus docet Ro. iz. ⁊.i.cor.ii. ita chriſtus dicitur caput eccleſie ſecundum ſimilitudinem humani capitis:in quo tria poſſumus conſiderare:ſcilicet ordinem perfectionem ⁊ virtutē. Ordinez quidem q̃ caput eſt p̄ima ps hominis incipiendo a ſuperiori. Et inde eſt q̃ principium conſueuit vocari caput. ſm illud Jere.z. Ad omne caput vie poſuiſti lupanar tibi:perfectionem autem in capite videmus:q̃ in eo vigēt oēs ſenſus interiores:cū in ceteris mēbris ſit ſolus tactus. Et inde ē q̃ dicit Jſa.ii. Senex honorabilis ipe eſt caput:virtutē vero q̃ vſus ⁊ motus ceteroꝝ mēbroꝝ ⁊ gubernatio coꝝ in ſuis actib⁹ eſt a capite ꝓpter viz ſenſitiuā ⁊ motiuā ⁊ ibi dominātem:vñ ⁊ rector dicit̄ caput populi ſm illō p̄imo Ro.iz. Cū ecs paruul⁹ i oculis tuis caput in tribubus iſrl factus es. Dec aūt duo cōpetunt chriſto ſpūaliter. Primo ſm ꝓp̄iquitatē ad deum:gratia eius altior ⁊ p̄ior eſt ⁊ ſi nō tpe: quia oēs alij acceperūt gratiā per reſpectū ad gratiam ipius.ſm illud Ro.8.quos p̄ſciuit hos ⁊ p̄deſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui vt ſit ipe p̄imogenitus in multis fratribus. Scōo vero pfectionē habet q̃ſtū ad plenitudinē oīm gratiaꝝ ſm illud Jo.i.plenū gratie ⁊ veritatis nō ſolum enī gratiā gratū faciēs fuit in ſummo gradu a creatura pceptibili q̄ in nullo ſanctoꝝ fuit: ſed etiā oīs gratia gratis data:de quibus apoſtolus.i.cor. Diuiſiones grāꝝ ſūt ⁊c. ſm oē tēpus ſuū q̄ i alijs nunq̃ fuit ꝓut dicitur de pe.di.z. q̄ rēdū. Tertio xp̄s habuit ⁊ habet vim influēdi gratiā i oīa mēbra eccleſie. ſm illud Jo.i. De plenitudine eius nos oēs accepim⁹. Influit aūt chriſtus gratiā i fideles ſm q̃ deus ē auctoritatiue: ſed inq̃ſtū ē hō hoc ei cōuenit inſtrumentaliter inq̃ſtū.ſ. eius hūanitas fuit inſtrumētū diuinitatis eius:⁊ ita actōes eius ex virtute diuinitatis fuerūt nobis ſalutifere:vtpote gratiā in nobis cauſantes ⁊ ꝓ meritum ⁊ per efficaciā q̃ſdaz. Eſt aūt chriſtus caput oīm viatoꝝ.ſ.⁊ beatoꝝ ⁊ purgādoꝝ:nō aūt dānatorū ſed diuerſo modo. Dicit.n. apoſtolus.i.thi. 4. ſaluator ē oīm hominū.⁊.i. Jo.z. ipe.ſ.xp̄s ē ꝓpiciatio:non ſolū ꝓ peccatis noſtris:ſed totius mūdi. ſaluare aūt ⁊ ꝓpiciare cōpetit xp̄o ſm q̃ caput ē eccleſie. Pro huius aūt declaratione ſciēdū ſm tho.in.3.pte.q.8.ar.3.q̃ hec eſt dr̄a inter corpus naturale hominis ⁊ corpus eccleſie myſticū:q̃ membra corporis naturalis ſūt oīa ſimul:nec q̃ſtum ad eſſe nature:q̃ corpus eccleſie cōſtituitur ex hominib⁹ qui fuerūt a p̄ncipio mūdi vſq̃ ad finē ipſius:nec etiaz q̃ſtū ad eſſe gratie:q̃ eoꝝ q̃ ſunt etiam in eodem tempore quidā gratia carēt

XXXII.

postea habituri alijs iã habẽtib⁹:sic ergo mẽbza corpis mystici nõ solũ accipiunt̃ fm q̃ sũt ĩ actu sed etiã fm q̃ sũt in potẽtia. Quidã tñ ita sunt in potẽtia q̃ nũq̃ reducũtur ad actũ:ꝛ hoc scõz triplicẽ gradũ:quoꝝ vnus ẽ per fidẽ:scõus p charitatẽ vie:tertius p fruitionẽ patrie:sic g̃ dicẽdo q̃ accipiẽdo generaliter scõm totũ tps mũdi xps ẽ caput oĩm hominũ:sz fm diuersos grad⁹. Primo.n.ꝛ p̃cipaliter ẽ caput eoꝝ q actu vniunt̃ sibi p gl'am. 2° eoꝝ qui sibi actu vniũtur p charitatẽ. 3° eoꝝ qui sibi actu vniuntur p fidẽ. 4° eoꝝ qui solũ sibi vniunt̃ in potentia nõdũ ad actũ reducta fm diuinã predestinatõem. 5°.s.eorum qui in potẽtia sibi sunt vniti que nũq̃ reducitur ad actũ:sicut hoĩes in hoc mũdo viuẽtes q nõ sunt predestinati:qui tñ ex hoc mũdo recedẽtes totaliter desinũt esse mẽbza xp̃i qui nõ sunt ĩ potentia vt christo vniant̃. Infideles ergo dum viuũt sunt xp̃i mẽbza in potẽtia:qz libeꝝ hñt arbitriũ ad disponẽdũ se ad fidẽ:ꝛ virtus christi ẽ sufficiẽs ad salutẽ oĩm qui in purgatorio sũt mẽbza christi vtiq̃ sunt ei vniti p charitatẽ. Qõ aũt dicit ap'ls ephe.5.q̃ xp̃us tradidit semetipm .s.in mortẽ vt exhiberet sibi ecclĩam gl'iosam nõ habentẽ maculã nec rugã nec aliqd hĩ⁹. Sciendũz q̃ hic ẽit vltim⁹ finis noster ad quẽ pducimur p passionẽ xp̃i:cuius finis cõsecutio solũ est in statu patrie vbi ecclesia triũphat:nõ aũt in statu vie vbi militat:nec sine macula seu ruga venialium saltẽ esse potest. Fidelis aũt mali sũt mẽbza xp̃i in potentia vel vniti ei nõ simpliciter exq̃ charitatẽ nõ hñt:sed fm qd.i.fm fidẽ. Est aũt xp̃s caput hominũ q̃tũ ad aĩam ꝛ quãtũ ad corp⁹: qz tota hũanitas xp̃i.s.sz aĩaz ꝛ fm corp⁹ ĩfluit ĩ hoĩes et q̃tũ ad aĩas ꝛ q̃tũ ad corpa:sz p̃ ꝛ p̃cipaliter ĩ aĩas:secũdario in corpa:qz a xp̃o vtute diuinitatis sue instituitur:sicut hic gratia in electis suis:ita in gloria:ꝛ ab aĩa gl'a redũdat in corpus. Est aũt xp̃s caput nõ solũ hoĩm:sed etiã oĩm beatoꝝ angeloꝝ fm illud colt̃.2.q.s.xp̃s est caput oĩs p̃cipatus ꝛ potestatis:qõ etiã intelligit̃ de alijs ordinibus:cũ sit cadẽ rõ õ eis. Huius ratio ẽ fm tho. in 3ª pte.q.8.ar.4.q̃ vbi est vnũ corpus necesse est ponere vnũ caput. vnũ aũt dicit̃ sil'itudinarie vna multitudo ordinata in vnũ q̃ fm distictões actuũ seu officioꝝ.manifestũ est aũt q̃ ad vnũ finem q est gl'ia diuine fruitionis ordinãtur hoĩes ꝛ angeli:vñ corpus ecclesie mysticũ nõ solũ cõsistit ex hoĩbus:sed etiã ex angelis. Totius autez h⁹ multitudinis xp̃s est caput:qz ꝓpinqui⁹ se hz ad deũ:ꝛ perfectius pticipat dona eius nõ solũ q̃ hoĩes:sed ẽt q̃ angeli:ꝛ de ei⁹ influentia nõ soluz hoĩes recipiũt:sed etiã angeli.dicit̃.n .ad ephe.i. q̃ cõstituit eũ.s.xp̃m de⁹ p̃ ad dexterã suã in celestibus sup oẽm p̃cipatũ ꝛ vtutẽ potestatẽ ꝛ dominatõem:ꝛ omne nomẽ qõ noĩat̃ nõ solũ ĩ hoc seculo:sed ẽt in futuro. Est g̃ xp̃s fm q̃ hõ nõ solũ caput hoĩm:sed etiã angeloꝝ. Vñ dicit̃ math. 4.q̃ accesserũt angeli ꝛ ministrabãt ei. Quãuis enĩ angeli nõ cõformẽtur nobis in natura corpis qõ nõ hñt sic̃ nos habem⁹ ꝛ xp̃s habuit: tñ quia influentia xp̃i inquãtũ caput ẽ ĩ hoĩes p̃cipalit̃ ẽ q̃tũ ad aĩas in quo angeli cõuenũt cũ hoĩbus ideo fm hoc dr̃ xp̃s caput nõ solũ hoĩm:sed etiã angeloꝝ. Cuius aũt prelati ꝛ p̃cipue ecclĩaꝝ p̃nt dici capita alioꝝ:vt dr̃ di.12. Non decet a capite mẽbza discedere:sed oĩa mẽbza caput seq̃ntur. dicunt̃ aũt capita alioꝝ fm amos ꝓphetã:tamẽ alia rõe ꝛ mõ dicũtur q̃ xp̃s caput ecclĩe ꝓpter ĩfluentiã gr̃e ꝛ gl'ie quã influit in mẽbza ecclĩe.p/lati aũt dicũtur capita alioꝝ fm quãdã gubernationẽ exterioꝛẽ:xp̃s ẽt ẽ caput oĩm fm oẽtẽp⁹ et oẽm locũ ab initio mũdi vsq̃ in finẽ. Sed prelati sũt capita ad certũ tps ꝛ locũ. Hã papa q̃ dicit̃ caput totiꝰ ecclĩe nõ est caput nisi ꝓ tẽpoze sui p̃lationis:ꝛ epi sũt capita nõ oĩm absolute:sed certi loci.s.sue diocesis tñ. Capita etiã dicũtur: qz repzesentãt ipm xp̃m caput ecclĩe in officijs suis. Diabolus vero dicit̃ caput iniquoꝝ non influendo vel causando in eis malitiã sed suggerendo:ꝛ qui sequũtur instigationem suam:sicut membza mouentur a capite rẽ.

De quintuplici medio in q̃bus dñs iesus xp̃s opatus est salutem in medio terre.c.z.

Deus rex noster an/

te oĩa secula opatus est salutẽ in medio terre:p̃s. Deus vtiq̃ pater filius ꝛ spũs sanctus vnus deus qui est rex noster absolute rex regum ꝛ dñs dominantiũ gubernãs oĩa ꝛ regens ꝛ nos modo speciali ante secula existens:quia ab eterno operatus est salutẽ terre.i.humano generi q̃ est de terra:ꝛ quid nisi per saluatorẽ iesum:iesus enim interpzetatur saluator.ipe enim ait angelus ad ioseph:saluũ faciet populũ suũ:math.i. ꝓtho/martyr stefanus cũ celis apertis vidit glozią dei ait video filiũ hoĩs.i.iesum stantẽ a dextris virtutis dei:act].7.vidit ergo iesum nõ sedentẽ sed stãtem.s.ad ozãdum ꝛ pugnandũ pro ecclesia ꝛ coronandum eã. Nam vt ait ber.filius stat añ patrem ostendens ei latus ꝛ vulnera. Ipse.n.interpellat ꝓ nobis. Ro.8.pugnat etiã ꝓ ecclesia :vñ in figuram dixit exercitus pharaonis in mari rubro existens:fugiamus israhel dñs enĩ pugnat ꝓ eis. Et Isaie dicitur. Ego ꝓpugnator sum ad saluandũ domũ ipe cozonat: esto fidelis vsq̃ ad mortem ait ipe ꝛ dabo tibi cozonã vite:apoc].3. Operatus est ergo deus salutem in medio terre. idest in xp̃o: vbi notabimus.v.media quibus deus operatus est salutem.

Primum medium diuinale.
Scõm medium virginale.
Tertium medium tempozale.
Quartum medium locale.
Quintum medium virtuale.

Medium diuinale est dei filius Jo.i.medi⁹ autẽ

·f·

·m·

·2·

vestrum stetit quem vos nescitis.i.dei filius q̃ medi⁹ in trinitate inter vos stetit cū. Quāuis.n. eterne deitati non insit quātitas vel locus sic nec aliud accidens:tñ cum in ipa beatissima trinitate sint tres persone:pater filius ⁊ spūs sanctus.patet filium mediū esse inter patrē ⁊ spiritū.s.non localiter sed naturaliter. Nam secunda persona que est filius est media in nominando inter primā p̃sonā que ē pater ⁊ spiritum sanctum qui est.3ª in trinitate persona. Operatus est ergo salutē deus terre.i.humano generi:in medio.i.in filio incarnato:non enim pater vel spirit⁹ sanct⁹ sed dei filius nostrā naturā assūpsit:⁊ licet deus trinitas tota sit operata ipam incarnationē ⁊ salutē.i. illam carnem illam animam ⁊ illā vnionē:⁊ exinde salutē vite gratie ⁊ glozie:q̃ insegabilia sunt opa trinitatis ab extra.de con.di.4.omnes. tñ sola p̃sona filij vnita ē illi de nouo formate humanitati:sicut anselmus exēplificat ō tunica aliqua q̃ sutitur a tribus puellis vel personis:quā tñ vna sola ex eis induit:ita solus dei filius habitu inuentus est vt homo.phi.z. Et q̃uis nil deo sit impossibile vnde ⁊ potuit incarnari pater ⁊ spiritus sanctus:decuit tñ magis dei filiū carnē assumere tribus rationibus. Prima ex parte assumētis. Euidens est enim q̃ artifex per eandē artē seu sapiētiā mentis facit aliq̃ opus:⁊ illud destructū reficit ⁊ reformat. Est autem dei filius verbū ⁊ sapientia ⁊ ars:vt dicit aug⁹.dei patris omnipotētis per quē facta sunt omnia scōm illud p̃s. omnia ī sapientia fecisti.⁊ Jo.i.omnia per ip̃m facta sunt sed opus eius est mūdus quasi destructus ⁊ deformatus erat deformato homine per peccatum ꝓpter quē hominem mūdus factus erat. Ad reformandū igitur ⁊ saluandū q̃ perierat decens fuit:vt per ip̃m dei filium sapientiā ⁊ artez patris hoc fieret.s.eum incarnando. 2ª ratio est: quia cum homo dicatur factus ad imaginem dei ⁊ similitudinē:ger̃.i.destructa vl̃ ōturpata hac imagine per peccatū hominis:⁊ si non quo ad naturam:tamen quo ad gratiam decebat ad ipam renouandam ⁊ ipam pulchrificandam:vt hoc fieret per eum qui est imago ⁊ similitudo dei perfecta.⁊ hic est filius dei. Ūñ ambrosius tractans illud p̃s.deus quis similis erit tibi ait non vtiq̃ nullus:sed filius qui est imago patris:de pe.di.i.

3ª ratio est ex parte occasionis ruine humane a superbia dicitur thobi.4.sumpsit initium omnis perditio:que superbia fuit in appetendo inordinate similitudinē dei in sapientia. Eritis inq̃t serpens sicut dei scientes bonum ⁊ malū comedendo de lingno vetito.decens ergo fuit vt vnō mozs oziebatur inde vita resurgeret per cōtrarium modum:q̃ cōtraria contrarijs curantur .per sapientiam ergo elatam mozruū est genus humanum:sed per sapientiam dei humiliatā in carne assumpta vinificatnm est ⁊ saluatū:⁊ sic de⁹ operatus est salutem in medio terre. Secundum est medium virginale:hec est virgo maria ō qua assūpsit carnem nostram in qua operatus est salutem nostram. Unde dicit ber.q̃ ad ipam virginem tāq̃ ad medium cōcurrunt vniuersi. Qui supza sunt angeli vt restaurentur.s.in ruinis suis: inferi qui infra sunt.i.patres in lymbo:vt liberētur de tenebzis:qui autem fuerunt patriarche ⁊ ꝓphete:vt verificentē ī suis. s.prophetijs ⁊ figurꝭ de hoc qui post nos erunt ⁊ nos vt saluentur:ad de quia a dextris sunt.s.iudei vt honorificentur: q̃ de eis nata sit mater dei:quia a sinistris.i.gentiles idolatre vt illuminentur ad fidem. Operatus est ergo deus salutem in medio terre.i.in virgie: que est perfectio hominū:⁊ de hoc p̃s. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus:deus in medio eius non cōmouebitur.sanctificauit in vtero matris virginem:purgando ab oziginali ⁊ religādo fomitē:sed magis sanctificauit tabernaculū:quando venit ad habitandū.i.in cōceptione extinguēdo fomitē:vnde de⁹ in medio ei⁹.i.in vtero virginis carnē.s.assumens nō cōmouetur:nec ipsa ꝓgo ad carnis aliquā cōcupiscētiam: nec ip̃e deus ad aliquā sui mutationē:vñ angelus ad mariam Spūs sanctus superueniet in te ⁊ virtus altissimi obumbzabit tibi:luc.i.vbi Jo.dama.post cōsensum sancte virginis:spūs sanct⁹ superuenit ī ipam scōm verbū dñi:quod dixerat angelus purgans ipam in potentia diuinitatis verbi receptiuā ꝓparans simul ⁊ generatiuā:⁊ sic sanctificauit.t.l.altissimus:⁊ tunc obumbzauit ipam dei altissimi sapientia per se:⁊ virtus existens:⁊ copulauit sibi ipsi ex sanctissimis ⁊ purissimis ip̃ius virginis sanguinibus carnem animatam anima rationali ⁊ intellectiua:non antique conspersionis seminā sed per spiritū sanctū creans.hec ille:⁊ sic deus in medio eius. Et fm vincē.li.vij.in speculo histo. Uirtus generatiua fuit excitata in virgine nō naturaliter sed miraculose.s.a spiritu sancto:qui superueniens in eam dedit ei virtutem:qua in momento faceret hos quatuoz actus:qui in aliozum conceptione fiunt per interualla diez.s.decisionē sanguinis:consolidationē illius materie:conuersionem.s.in carnem neruos ⁊ ossa:formationem .s.corpozis plene.s.distinctum in omnibus liniamentis corpozis humani:sed adeo paruū:vt vix possent liniamenta discerni. Et eodem momento anima chzisti de nouo creata ⁊ corpozi infusa verbo dei vnita fuit:alij qui cōcipiuntur non subito effigiantur distincte per omnia membza in principio conceptionis:sed per spacium.46.dierum:masculi perfecte corpus formatur:⁊ tunc anima creata de nouo infunditur:sicut dicit aug⁹. super Jo.vnde ℣. Conceptū semen sex primis crede diebus. Fit lac religq̃ nouē fit sanguis: ac inde. Desolidat duodena dies: bisnona deinceps. Effigiat:tēpusq̃ sequēs augmētat in oztum. Dz omnia ista in x̃pi cōceptōne facta sunt subito et anima infusa. De corpoze femine dicuntur fieri ī fra octoginta dies:⁊ licet virgo mater nihil extra suscepit:fuit tñ vere ⁊ proprie mater chzisti:plus

Primum fuit:quia extat multipliciter preſignata non ſolum in mulieribus veteris teſtamenti ꝺ quibus dictum eſt:ſed etiam in alijs figuris ⁊ prophetijs. Hec enim eſt lux primo facta:hec fluuius paradiſi eccleſie ad irrigandum ligna fructifera eccleſie:qui extenditur in quatuoꝛ capita. hec archa noe:ex qua euaditur diluuium infernale: qui in ea permanere inuenitur per deuotionem. hec virgo moyſi:qua facta ſunt tot miracula. hec virgo aaron:que fronduit floꝛuit ⁊ fructificauit ſine opere humano: virga enim ieſſe floꝛuit:de q̃ Iſa.ii. Egredietur virga de radice ieſſe ⁊c. Hec virga regis aſſueri qua tangitur anima in ſignuꝫ clementie dei. hac virga percuſſus pauebit aſſur ideſt diabolus. Iſa. Hanc virgam poꝛtaret iuſſi ſunt a xp̃o ad predicãdũ miſſi. hoc lignũ aquas amaras dulcoꝛat:hec veſ gedeonis hec thꝛonꝰ ſalomonis hec oꝛtꝰ cõcluſus ⁊ fõs ſignatꝰ:de q̃ Iſa. 7.c. Ecce virgo concipiet. Et breuiter totum vetus teſtamentum plenum eſt figuris ⁊ ꝓphetijs eius. Scõm priuilegium eſt:quia plenius omnibus alijs in vtero ſanctificata:in cuius figuram ſanctificatum fuit tabernaculum domini p moyſen. Ego puto ait ber. q̃ copioſioꝛ gratia ſanctificationis in ea deſcenderit:q̃ in alijs ab vtero ſãctificatis:que totius vite conuerſationem immunem redderet ab omni peccato. quod nulli extat conceſſum. Nam alij ſanctificati in vtero materno:vt baptiſta ⁊ hieremias commiſerunt venialia ⁊ non moꝛtalia. Hec autem ſm omnes docto. nunq̃ venialia admiſit: ⁊ pie credi poteſt :q̃ ea die qua fuit animata anima rationali: ea die fuit ſanctificata. Tertium priuilegium:quia ab archangelo glorioſe ſalutata. Aue inquit gratia plena:cuius multi in veteri ⁊ nouo teſtamento fuerint viſitati vel ſalutati: ⁊ ſi angelus gabriel etiã zacharie nunciauit natiuitatem ex eo baptiſte:tamen timoꝛem incuſſit ⁊ punitionem ſubdidit: faciens eum mutum. Hoc atũ etſi ex inuſitata ſalutatione ꝓpter humilitatem eius primo exterruit:poſtea ſummo gaudio repleuit. Et opinio ẽ aliquoꝝ q̃ fuerit vnus de ſupremo oꝛdine .ſ. ſeraphin ad annunciandum tantum myſterium Nec obſtat ſi dicatur:q̃ ex aſſiſtentibus angelis nullus mittitur:quia hoc verum eſt de lege communi:ſed ob cauſam ſingularem. Deus qui mutat leges ⁊ tempoꝛa ⁊ officia ad placitum de quo cunq̃ oꝛdine mittere poteſt. Et quod maius nũtium eſſe poterat hac nouitate maxima. Nec obſtat q̃ ſi dicatur archangelus:quia quo ad interpretationem etiam ſeraphin eſt archangelus interpretatur enim princeps angeloꝝ. Quartũ ſingulare priuilegium eſt:quia veritas increata ĩ ea eſt incarnata. ps. Veritas de terra oꝛta eſt .i. in virgine glorioſa. tetra per profundam humilitatem:hoc eſt illud nouum quod ieremias dixit dominum facturum ſuper terram:quia femina circumdabit virum:hoc eſt omnium nouitatum mundi maximum:quod nunq̃ fuit nec amplius erit:femina que eſt terra de terra formata in oꝛdine vel oꝛigine primo circumdabit non aliunde accipiet:niſi adeo virum non paruulum:ſed perfectum omni virtute ⁊ ſapientia:quia vnitus deo ſic enim ait hymnus. Quem terra pontus etbera ⁊c. Quintum quia cum ſummo gaudio filium parturiuit. Iſaie. Germinans germinabit letabunda ⁊ laudans:ſicut terra germinans fructus ſine ſui aperitione imperceptibiliter: ſic virgo maria filium clauſa pudoꝛis aula regis :et hoc letabunda. Alie etiam omnes cum doloꝛe magno pariunt:hec peperit ſine doloꝛe ſaluatorem ſeculoꝝ vbere lactans de celo pleno:immo cum ſummo gaudio. Sextum priuilegium:quia ſimul mater ⁊ virgo. Quis vnq̃ audiuit talia:vt virgo eſſet: ⁊ intacta generaret? Unde canit eccleſia. Gaudium matris habens cum virginitatis honoꝛe : nec primam ſimilem viſa eſt:nec habere ſequentem. De hoc ſolicita fuit interrogare:quando dixit angelo. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cogniſco: id eſt voui me non cognituram:quod angelus declarauit:quia mater ſimul ⁊ virgo eſſet de ſpiritu ſancto non ab homine concipiens. Septimum priuilegium :quia reſurgens primo ei apparuit: vt pie creditur: ⁊ teſtatur Ambroſius. Et ſi euangeliſte taceant:quaſi vt per ſe notum preſuppoꝛnendo. Sed cui dubium eſt: quia non apparuit ei ĩ habitu tranſfigurato peregrini vel hoꝛtulani vt marie Magdalene ⁊ duobus diſcipulis euntibus in emaus ꝓpter incredulitatem coꝝ: ſed ipſa cum firmiter crederet reſurgentem :et ſcireꝫ deum eſſe omnipotentem: ⁊ ſolum in ea fides remanſiſſet ſecundum multitudinem doloꝝ meoꝝ in coꝛde meo :conſolationes tue letificauerunt animam meam : ⁊ quia ſuper omnes doluit in paſſione filij:ſuper omnes fuit conſolata:cum apparuit ei reſuſcitat⁹. Octauum quia aſcendente chriſto remanſit magiſtra doctoꝝ eccleſie apoſtoloꝝ ⁊ euangeliſtarum. Unde dicitur actuum .i. Di omnes erant perſeuerantes in oꝛatione cum maria matre ieſu. Conuerſabatur inquit Dieronymus poſt filij ſui aſcẽſionem cum ſenatoꝛibus celi in ſchola virtutum ipſa de multis myſterijs inforꝛmauit apoſtolos ⁊ euangeliſtas. Nonum priuilegium fuit glorificatio eius in coꝛpoꝛe non ſolum in anima:vt dicũt auguſtinꝰ ⁊ ber. qõ ex eo poteſt elici:quia dicitur amicta ſole. Dicit enim xp̃us de iuſtis in vltima reſurrectione:q̃ fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui:mat. 13. Amictus ergo ſolis eſt glozia

no debuit

corpis ꝛc̄.multa circa hoc in legenda assumptionis. x^m. priuilegiū fuit q̄ associata a tota celesti curia i assumptiōe:in cuius figurā habetur.2.R. q̄ dauid reduxit archam:que significat virginē mariam cum sex chorīs in magna solennitate in hierusalem:que significat patriā supernaz:dauid est xp̄s.Credenduz est ait hieronymus in sermone:q̄ ipse saluator per se totus festiuus occurrit: ꝛ eam in throno suo collocauit:sex chorī: sex differentie beatorū.s.angeli,ppbete ꝛ apli martyres confessores ꝛ virgines:quibus circundata super omnes exaltata xi^m. priuilegium: quod est superexaltata super chorōs angelorum scilicet sancta dei genitrix canit ecclesia. Unde ecclesia.24. Ponuntur sex exaltationes. Prima quasi cedrus exaltata sum in libano.Libanus interpretatur candidatio:ꝛ aperte significat angelorū statū qui semper fuerunt candidi puritate ꝛ sine peccato.Sicut ergo cedrus in libano ē altior omni arbore:ita virgo sublimior ē omni angelo. Secūda exaltatio:quasi cypressus i mōte syon. Syon interpretatur speculatio:ꝛ significat altum statuz ,ppbetarū:sub quo continentur patriarche:q̄ gesta eorum fuerunt,ppbetica:aspiciebant per speculum figurarū ꝛ nō clare xp̄i mysteria. Sicut ḡ in monte syon cypressus odorifera sup alias arbores ascendit:ita maria super omnes ,ppbetas. Tertia ē:quasi palma exaltata sum in cades:p̄ncipalis victorioso de mundo cū palma martyrij fuerunt apostoli ecclesiarū p̄ncipes belli triumphales duces canitur de ip̄is:sed maxima victoriosa ẏgo maria super apostolos. Quarta quasi plātatio rose in hiericho. Rosa pulcherrimus florez ē:sed in spinis nascitur:ꝛ significat martyres inter spinas ortos tormentorum:super quos virgo maria exaltatur. Quinta quasi oliua speciosa in cāpis:significat,cōfessores operib^ misericordie deditos:quos excedit. Sexta quasi platanus ꝛc̄. que herba viriditatem semp retinet:ꝛ virgines virorem pfecte castitatis demōstrat. xij^m. priuilegium:q̄ ē super omnes venerata ꝛ exaltata ꝛ collaudata mirabiliter omnes deuotione afficiunt. ad oīa facientes multa ad honorem eius ꝛc̄.

De multiplici mīa:quā accipimus a deo mediante virgine maria.c.4.

Suscepimus deus misericordiam tuā in medio templi tui.p̄s. Templum dei eē virginē gloriosam declarat ecclesia:cū de ea cantet. Beata es maria dei genitrix virgo:templum dñi sacrariū spūs sancti. Et i sequentia quadam. Aue decus virginale:tēplum dei speciale:nobile triclinium. Templum ē locus īmunitatis ꝛ securitatis ita inquit ber. Securum accessum ad eum habes o homo: vbi mater stat ante filium:filius ante patrem:mater ostendit filio pect^ et ybera:ꝛ ideo nulla poterit eē repulsio: vbi sunt tot amoris insignia. Templum ē loc^ sūme veneration is. Uidete ait idem ber. q̄to deuotionis affectu vult eam a nobis venerari ꝛ honorari:qui totus boni plenitudinez posuerit in maria:vt siquid gratie siquid salutis in nobis ē: ab ea nouerimus redundare. Ad templū fit oblatio. Siquid autē o homo deo offerre desideras: testatur ber.in manibus marie cōmendare memēto:quia manus eius mundissime sunt: nostre autem plene sunt sanguine: ꝛ ideo per manus eius non nostras acceptabuntur. Denicz ip̄a virgo est p̄ma post chr̄istum in ecclesia triumphanti: q̄ ,pcurat:vt regina hester apud assuerum.s. deum salutem ecclesie militantis:ꝛ sententias mortis reuocat ab ūmicis a manu diaboli ꝛ ab alijs nos defendens. Per hanc multipliciter suscepim^ misericordiam:ꝛ in hac que ē templum dei:sed p̄cipue triplicit. P̄rīo suscepim^.n. mīaz saluator} per incarnationem. Secundo suscepimus misericordiam discretionis per eius cōuersationē. Tertio suscepimus misericordiam sublcuatiōis per eius interuentionem.

Maxima misericordia deus fuit vsus erga nos.quia dignatus est īcarnari. Unde ipsa virgo in cantico suo ait. Suscepit isr̄l puerum suū.i.seruū: q̄ scilcet sursum accepit naturam humanam de israel deo viuendo: et in hoc recordatus misericordie sue fuit:quasi plus oblit^ ante incarnationē: Istaz mīaz suscepim^ in medio tēpli tui.i.in vtero virginis de q̄ īcarnat^ est.Quod ergo natura non habuit: vsus nō obtinet:ratio ignorauit:mens non capit humana:paruet celum:stupet terra creatura omnis etiam celestis:hoc totum marie per gabrielem nuncia,tur ꝛ per xp̄m adimpletur.testatur hieronym^ in sermone .ī cuius figuram extat:qui in medio tēpli Salomonis in ea parte:que dicebatur sancta sanctorum posita fuit archa domini cum propitiatorio desuper: que significat xp̄i humanitatez cum deitate. Archa enim de lignis sethim facta imputrescibilibus auro tecta significat corp^ xp̄i compactum ex purissimis sanguinibus virginis cum anima eius diuinitati coniuncta:in qua humanitate z^e erant:virga iusticie ꝛ iudiciarie potestatis:lex sapientie ꝛ veritatis:manna mansuetudinis ꝛ pietatis propitiatorium desuper: deitas supereminens ipsi tamen humanitati vnita: duo cherubin de oliuis respicientia in ,ppitiatorium mutuis vultibus:sunt duo testamenta plena sapientia:que testant de xp̄o adinuicem: quod enim vnum predicit futuruz.s.vetus testamentū:aliud .i.nouum exprimit factum: ꝛ totum hoc q̄ p viscera misericordie sue visitauit nos oriens exalto. Fuit ḡ in isto templi medio.i.vtero virginali archa.i.deus incarnatus fuit: ꝛ noticia testamentorū in mēte. Unde ꝛ beda tractans illud luc̄.2. Maria p̄ferabat oīa ẏba hec p̄ferēs ī corde suo: q̄ scripturas legebat ꝛ sciebat,ppbetias:cōferebat

que secum erant acta cum dño de his que nouerat scripta a prophetis de dño: & collata adinuicem cognouit ad instar celestium cherubin sotia sui vultus: luce concordia: & seruabat ea in mente: vt euangelistis & apostolis deferret describentibus nouum testamentum: augustin⁹ in sermo. Quid dicam beata virgo: cum de te quicquid dixero minus est? Laus tua q̄ dignitas tua meret: si celum te vocem altior es: si matr̄ gentiū dicaz precedis: si formā dei appellā: digna existis: si dominā angelor̄ voc̄ per oīa esse ꝓbaris. hec ille. Sicut ergo locus dict⁹ sancta sanctor̄ erat solēnissimus: ita q̄ nulli licebat actedere nisi summo sacerdoti: ita & beata virgo maria: cum gratia repletur: cum spiritu sancto perfunditur: cum virtute altissimi obumbratur fit precios̄ior meritis: celsis sublimior fastigijs: pulchrior sanctitate: gloriosior suor̄ meritorum prerogatiuis: ita vt nullis sit vsibus iam mācipanda nisi diuinis. hiero. in sermone hinc & maximus in sermone. Sciētes fratres dilectissimi actori nostro multum debēr conditos: plus redemptos: veneremur illum sacratissimū vterū: exquo deus vnitus homini apparuit. O felix maria o genitrix glorie o puerpera sublimis: cuius viscerib⁹ actor celi terreq̄ cōmittitur. O felicia oscula labijs impressa lactentibus: cum inter crebra iudicia crepitantis infantie verus ex te filius tibi maria alluderet: ver⁹ ex patre tibi dominus imparet: felix puerperium letabile angelis expectabile sanctis necessarium ꝓfligatis. hec ille. Aug⁹. quoq̄ sic ait ī sermone. O q̄ immaculata virginitas: que omnes angelos ī celestia regna p̄cellit. O q̄ beata mater: que x̄pm dominum sanctum regem glorie meruerit generare. O q̄ beati pedes qui christum meruerūt sustinere. O q̄ felicia vbera: que actorem & redemptorem mundi lactauerunt. O ineffabilis virgo in cuius continebatur gremio: qui regebat vniuersum mundum. hec ille. ber. in sermone: Fac o benedicta per gratiam quam inueniſti per misericordiā quā peperisti: vt qui mediante te fieri particeps dignatus est infirmitatis & miserie nostre: te quoq̄ intercedente participes faciat nos glorie & beatitudinis sue.

Secūdo in medio templi dei. i. in conuersatione virginis gloriose templum dei existentis: que conuersatio semper fuit in medio. i. in virtutibus: & fm rationem suscepimus misericordiam directionis seu regulam bene viuendi. siquidem magna misericordia est deuium & errantem ad viam salutis reducere: & iter rectum ostendere. Equidem errabant pene oēs in inuio non in via mandatoris & virtutum incedentes: que ducit ad vitam: sed per viam latam que ducit ad mortem. Sed nata est virgo maria cuius vita gloriosa lucez dedit seculo. Unde maria interpretatur illuminatrix & maris stella dicit̄ que ducit nauigantes ad portum. habetis in ea magisteria probitatis & virtutis: vt sciatis quid eligere quid vitare debeatis inquit ambrosius. In me ait ip̄a: eccle. 24. O mnis gratia vie & veritatis in me omnis spes vite & virtutis: vt sciatis quid eligere & quid vitare debeatis. Talibus. n. teste hiero. in sermo. Decebat virginem oppigneran muneribus: vt plena esset gratia: que celis dedit gloriam: terris deum: pacemq̄ refudit: fidem gentibus: finem vitijs: vite ordinem: moribus disciplinam: abundantia autem gratie & virtutum eius in templo ipso figurata fuit. Nam in medio eius in loco qui dicitur sancta erant ibi ex vno lapide mensa aurea cum duodecim panibus ꝓpositionis: ex alio latere altare aureum timiamatis: & turibulum aureum ac etiam candelabrum aureū cum. 7. lucernis: velum quoq̄ quod diuidebat sancta sanctor̄ quadricolore: sic in templo mētis virginalis fuit mensa filij perfectissime. 12. articulorum designator̄ per panes. fuit & altare aureuz summe dilectionis cum turibulo spei: vnde fum⁹ aromatum. i. deuotissimarum orationum & contemplationum ascendebat ad celum. candelabr̄ quoq̄ gratie septem donorum spiritus sancti. virtutes quoq̄ cardinales designate per velum quatuor colorum: fm magistrum in tertio sententiar̄ vtiq̄ fuerunt in ea prudentia: qua prudēter se habuit ad angelum: recogitans qualis esset illa salutatio: non subito respondens: postea querens: fortitudo qua aduersa sustinuit in passione filij: iustitia in seruando legem de purificatione: ad quam non tenebatur de accessu ad templum cum filio & alijs legalibus. Tentantur in ieiunijs vigilijs ī modestia & omni castitate: & descendendo ad particularia: de ea sic loquitur ambro. in libro de virginitate. Quid exequar de beate marie virtutib⁹ Virgo erat non solum corpore sed & mente: quia nullo doli ambitu sincerum violaret affectum: corde humilis: verbo grauis: animo prudēs: loquendi partior: legendi studiosior: intenta operi: verecunda sermone: arbitrum mentis non hominem sed deum querens: non in certo diuitiarum sed in prece pauperis spem reponens. Bene velle omnibus: assurgere maioribus: natu equalib⁹ non inuidere: fugere iactantiam: sequi orationez amare virtutem: quando ista vel vultu lesit parētes: quando discessit a propinquis: quando fastidiuit humiles: quando vitauit inopem? eos solos solita inuisere cetus virorum: quos misericordia non erubesceret nec preteriret verecundia. nihil torum in oculis: nihil in verbis procax: nihil in actu verecundum: non gestus fractior: nō incestus solutior: non vox petulantior: vt ipa corporis species simulachrum fuerit mētis & figura probitatis. Quid autem exequar beate marie ciborum per simoniam officiorum redundantiam alterum supra naturam superfluisse: alterum pene ipi nature defuisse? Illic nulla ītermissa tpa. s. quo ad officia. i. exercitia & fuitia ꝫ ꝫgeminatus ieiunio dies: & si aliquando reficiendi successit

voluntas:cibus plerunq; obuius:qui mortez arceret.non delitias ministraret:dormire non pr̃ cupiditas q̃ necessitas fuit: ⁊ tamen cum quiescere cor̃pus vigilabat animus:que frequenter in somnis aut somno interrupto continuat ⁊ aut disposita gerit aut gerenda pronunciat:prodire domi nescia:nisi cum ad ecclesiã ꝓueniret: ⁊ hoc cum parentibus ⁊ ꝓpinquis:hec ad ipos angeli ingressus inuenta est domi in penetralibus sine comite:ne quis cõtemplationẽ abrũperet:ne qs abstreperet. Nec enim feminas comites desiderabat:que bonas cogitatões comites habebat: quinetiã tunc minus sola videbatur:cũ sola esset Nam quõ sola:cui tot libi adessent tot archangeli tot ꝓphete?denicq; archangelus:vbi cã reuisere solebat inuenit:q̃ religiosa in ꝓpinquis fuerit:scriptura diuina cõmemorat. Nam ⁊ humili or facta est:vbi se cognouit electam:⁊ statim ad cognatam suam in mõtana perrexit:⁊ ita conseruabat oĩa verba hec in corde suo:q̃uis mater domini:discere tamen precepta dñi desiderabat:et que,deũ genuerat:dñi tamen precepta scire desiderabat.hec omnia ambro.in li. de virginitate. Item augustinus in quodã sermone.O dilectissimi quis laudes beatissime virginis digne decantare valeat?Facta est enim maria ianua celorum sublimatio apostolor̃:laus martyrũ iubilatio cõfessor̃:gloria viduar̃ :gaudiũ angelor̃:requies animarum.Facta est maria salus mor̃:mors criminum:vita virtutũ:virtus pugnantiũ:palma victor̃.Facta est maria excelsa super sidera:sanctior super oẽs feminas:cuius vita inclyta cũctas illustrat ecclesias.hec augustinus in sermone :⁊ sic ꝑ exempla vite eius suscepimus misericordiã regule ⁊ directionis bene viuendi:⁊ per merita ⁊ preces eius misericordiã.hec aug⁹. Itẽ hiero.in sermõne de assũptõne. Puto q̃ quicquid cordis gerquid virtutis humane:si totũ adhibeas non sufficiat:vt cogitare valeas:q̃ indesinenter cremabatur'ardore pij amoris:quãdo mouebat ꝓpleta sãcto spũ secretor̃ celestiũ incitamentis:duz reuolueret aĩo cũcta que viderat que audierat que cognouerat:nouis quotidie inflãmabatur ỏsiderior̃ affectibus:tanto validius :q̃sto intus diuinis illustrabatur visitationibus:totã incãduerat diuinus amor:vt in ea nihil essz qõ mũdius violaret affectus:sed ardor continuus ⁊ ebrietas perfusi amoris. hec hiero. in illo sermone: vt patet. Suscepim⁹ demũ ⁊ mĩam multiplicẽ subleuationis in miserijs in medio templi huius.i.ipa mediante.Unde ⁊ dicit̃ mater gratie:mater misericordie.Tẽplũ sigdẽ salomonis non solũ facta et sancta sãctor̃:sed etiã atria'porticꝰ:que erat ante ipm dñ:qõ patet ex euãgelijs:q̃ eiecit de tẽplo ementes ⁊ vendẽtes:⁊ in tẽplo docebat ⁊ miracula faciebat:mat.xi.qõ vtiq; intelligitur de atriis tẽpli:ibi aũt fiebãt or̃oes:vt pz de phariseo et publicano ⁊ offerebanṫ sacrificia q̃ salomon pfecto ipso tẽplo dedicauit dño orauit:vt q̃cũq; pestis vel corruptus aer vel bruchus aut rubigo aut siccitas pluuie ꝓpter peccata populi superueniret in patria illa:⁊ populus ille reuersus ad penitentiã cõfiteret̃ peccata sua:⁊ adorare ꝓ amotione plage:de⁹ liberaret eum. Itẽ q̃ñ popul⁹ iret ad bellũ cõtra inimicos vel captiui ducerent̃ ab alijs gẽtibus vel alia mala paterent̃:si penitẽtes dirigerẽt mentẽ suã ad adorãdũ ỹsus tẽplũ ꝓ liberatione q̃ exaudirẽtur:q̃ oratõe facta apparuit postmodũ de⁹ salomoni dicẽs se fuisse exaudiũ:vt habet̃.3.re.8.⁊.9.c. Sic ad ꝓpositũ: qui penitens ⁊ deuotus accedit ad hoc tẽplũ virginale postulans adiuuari ꝓ diuersis miserijs :exaudit̃ mĩam recipiẽs.vñ ps. Exaudiuit de tẽplo sãcto suo vocẽ meã. Unñ ber.in sermone. Sileat mĩam tuã virgo beata. Sigs inuocatã in necessitatib⁹ suis te inuenerit defuisse. Nos quidẽ seruuli ceteris ỹ virtutibus tuis ꝯgaudem⁹ tibi:ꝝ in hac pot⁹ nobis ipis laudam⁹ humilitatẽ:virginitatẽ miramur:sed mĩa sapit dulcis miseris crebr⁹ ĩuocat̃ Dec est.n.q̃ totius mũdi reparatõem obtinuit: ⁊ salutẽ oĩm ĩpetrauit. Quis ḡ mĩe tue:o benedicta lõgitudinẽ latitudinẽ sublimitatẽ ⁊ ꝓfundũ que at ĩuestigare:Nã longitudo ei⁹ vsq; ad nouissimũ diẽ.inuocantibus eã subuenit vniuersis.Latitudo eius replet orbẽ terrar̃:vt tua quoq; misericordia sit plena oĩs terra:sic ⁊ sublimitas eius ciuitatis superne inuenit restaurationẽ ⁊ ꝓfundũ sedentibus in tenebris ⁊ vmbra mortis obtinuit absolutionẽ alias redẽptionem.hec ille. Idem reuolue diligentius euangelice historie seriem:⁊ siquid increpatorium siquid durum: siquod denicq; signum vel tenuis indignationis occurrerit in maria:de cetero suspectam habeas ⁊ accedere verearis.Consydera diligenter:⁊ si vere plena sũt omnia opera pietatis ⁊ gratie:plena mansuetudinis ⁊ misericordie:que ad mariam pertinent in veneris.Age gratias ei qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione prouidit. Denicq; omnibus omnia facta omnibus misericordie fi̇num aperit:vt de plenitudine eius accipiant vniuersi:captiuus redemptionem:eger curationem: tristis consolationem:peccator veniam :iust⁹ gratiam:angeli leticiam.Denicq; trinitas gloriam filij:persona carnis substantiam :vt non sit qui se abscondat a calore eius.hec ille.Et quia ipa virgo gloriosa misericors est ad omnes :comparat se oliue dicens:eccle.24.Quasi oliua speciosa in campis.oliua significat misericordiam :quia oleum fructus est linitiuum ⁊ dulce. Ad oliuaz que est speciosa in campis omnes possunt accedere ⁊ accipere fructum eius:sicut ad mariam ⁊ iusti et peccatores accedere possunt:vt inde misericordiam accipiãt. Ipsa est illa sancta iudith:que ex magna misericordia ad populum suum cum magna prouidentia ⁊ fortitudine occidit holofernẽ ferocissimum obsidentem ⁊ captiuare ⁊ exterminare volẽtẽ ꝓpꝰ dei.i.diabolũ ifernalẽ.Unñ ⁊ ĩ ei⁹ laudẽ dixerũt: ioachim sũm⁹ sacerdos cum

omni populo benedicentes. Tu gl'a hierusalem: tu letitia israhel: tu honorificētia populi nostri: quia fecisti viriliter ⁊ confortatū est cor tuum: eo q̄ castitatē amaueris: ⁊ benedicta eris ineternum iudith.15. O quot ſnias terribiliū flagellorū: que meruit mundus ꝓpter peccata ſua: hec ſanctiſſima virgo miſericorditer reuocauit. Nonne ī viſione oſtenſum eſt beato dominico ⁊ alijs: q̄ dei filius mundum exterminare volebat tribus lanceis: ſed beatiſſima mater miſericordie ꝓ eo intercedens ipm placauit: aſſerens ſe duos ſeruos habere. ſ. dominicū ⁊ franciſcum: quos mittens per orbem cum filijs homines ad penitentiā reduceret? Nonne ipa mater pietatis theophilum: qui ſe diabolo dederat: ⁊ chirographū ſcripſerat: vt eum liberaret a quadā confuſione iniuſte ſibi illata reſtituit ſaluti: ⁊ chirographū in medio iactare coegit? quis poſſit enumerare quātas quotidie ſanitates infirmis deuote inuocantibus eam miſericorditer elargitur? a quātis periculis anime ⁊ corporis plurimos liberauit? quot diuerſis anguſtiatos laboribus conſolata fuerit? quot errātes in tenebris illuminauerit? ſi igitur deum in ſanctis ſuis laudare iubemur: multo magis in maria miſericord... que vt ſapiens mulier thecuites pie pro abſolone fratricida ⁊ proteruo aduocans patri ſuo dauid recōciliauit: ab exilio ſuo reuocauit. 2. regum. 8. ſ. genus humanū. Si ergo ait hiero. virgo es lauda: quia meruiſti eſſe quod laudas. Si continens es lauda: quia inde tibi gratia fluxit: vt poſſis caſta exiſtere. Si coniugata vel peccatrix nihilominus venerare ⁊ lauda: quia ex ea natus eſt ſaluator: vnde tibi venia ⁊ miſericordia ꝓmittitur. Suſcepimus ergo o deus ⁊ ſuſcepimus quotidie miſericordiā tuā in medio templi tui ideſt per mariam: ⁊ iō laus tibi in ſecula.

De angelis q̄ fūt in eccleſia dei miniſtri ⁊ cuſtodes noſtri. c. 5.

p Reuenerunt prin/cipes cōiuncti pſallentibus in medio iuuenculaꝝ in tympaniſtriaꝝ: ps. De angelis agendū eſt: quia ipi in eccleſia triumphāti cures ordinarij ⁊ cōſortes beatorū in eccleſia dei miniſtri ⁊ cuſtodes noſtri ⁊ multipliciter in cōi ⁊ in particulari nos adiuuant: vt ait grego. in omel. Illa ſupna ciuitas nimirum ex angelis ⁊ hominibus conſtat: ad quā tm̄ hūani generis aſcendere credim⁹ quot illic cōtingit angelos remanſiſſe. Juxta illud deutero. 32. Statuit t̄minos populoꝝ iuxta numerꝝ angelorū dei: qō tm̄ eſt ſm̄ aliā trāſlationem non noſtrā. hec tamen in opinione eſt. Alij dicunt: q̄ tot homines aſcendent: quot ex angelis ceciderunt: cū ex eis hominibus dicant̄ ruine angelorū reſtaurari. Verius eſſe videtur qō dicit eccleſia in collecta. Soli deo cognitus eſt numerus electorū in ſuperna felicitate locādus. Di tamen vt dicit grego. non facient ordinem de p̄ ſe: vt ſint homines: quaſi decimus ordo: ſed collocabuntur in diuerſis ordinibus angelorū ſm̄ q̄ litatem virtutum eorū: licet enim ſm̄ naturam angeli ſint perfectiores hominibus: quaſi deo ſimiliores: cum ſint puri ſpiritus ⁊ immortales: ꝓpter qō xp̄s dicitur minor angelis ſm̄ q̄ homo: ſm̄ illud. Minuiſti eū paulominus ab angelis: q̄ ipe mortalis erat in via: angeli autem immortales: tm̄ in perfectōne gratie ⁊ glorie multi ſancti excedūt gloriam multorū angelorū. Et de virgine glorioſa canit eccleſia: quia exaltata eſt ſuper choros angelorum. Et quia ipi angeli diligunt nos ⁊ ſolicitantur ꝓ ſalute noſtra: ideo quia ꝓ laudes diuinas iter eſt ad videndum cū eis ſalutare dei. i. ſaluatorem: ideo non ſolum coniunguntur pſallentibus ſed ⁊ preueniunt eos ad excitandum ad pſallendum ⁊ laudandum deum: preuenerūt ergo tē. Ubi tria notantur. Primo dominiuꝫ exq̄ exaltantur: ibi: preuenerunt p̄ncipes. 2° exercitium: quo delectantur: ibi: coniuncti pſallentibus 3° conſortium: quo ſortiantur in medio iuuenculaꝝ in tympanis.

Quantum ad primum

angeli dicunt̄ p̄ncipes: non ſolū vnus ordo eorū qui dicūtur p̄ncipatus: ſed omnes a maiori vſq̄ ad minores: iuxta illud ps. Ut collocet eū cū p̄ncipibus cū principibus populi ſui. Quēs enim bñt magnū dñū ſup demōes ſup boies ſup elementa ⁊ elementares res principantur demonibus refrenando maliciā eorū: ne hominibus tm̄ noceant q̄tum vellent corporaliter ⁊ ſpūaliter. Unde angelus raphael apprehendit ⁊ religauit diabolū nomine aſmodeum in deſerto ſuperioris: ne poſſet nocere tobie iunioris: cum accepit ſaram in vxorē ſicut leſerat ⁊ occiderat. 7. maritos eius: q̄s ſucceſſiue ipa ſara habuerat: vt habetur tobi. 7. In bello ſpūali qō agimus contra demones vel potius cōtra nos multipliciter iuuant: ⁊ ſuſcipientibus eorū victoriā preſtāt: qō innuitur apoc. 22. Ubi dicitur: factum eſt prelium in celo ⁊ michael pugnabat cū draconē: ⁊ angeli eius. ſ. boni: et draco ⁊ angeli eius. ſ. mali cum illis ⁊ nō preualuerunt: nec locus eorū āplius inuētus ē ī celo: ⁊ p iectus ē draco ille. Dimittēdo ꝓ nūc de plio facto in celo empyreo ī p̄ncipio creatōis eorū: quod bellū intelligit̄ ꝓtraria volūtas auerſionis a deo q̄ ad malos: ⁊ ꝓuerſionis ad deū q̄ ad bonos. Uñ boni quaſi victoriā habentes: quia nō ſunt imitati malos confirmati ſunt. Et draco lucifer cuꝫ ſe quacibus: quaſi deuicti de celo ceciderunt. Uideam⁹ de prelio quod quotidie geritur in celo militantis eccl'ie in genere vel in celo cuiuſlibet aīe Draco iſte ſathanas cum ſatellitibus ſuis diſcurrunt per campum ſenſualitatis vſq̄ ad campum rōis. Rimat vt ait greg. 28. mor. Cōſperſiones ſeu ꝓplexiōes horꝫ: ꝙs q̄s itelligit ad diuerſa vitia īcliatos: ſuggerit ſāguineis vana gaudia mundi

ꝛ laſciuias:iracundis ĩram ꝛ vindictã:flegmatici pigriciã ꝛ inanẽ gloriã:melancolicis ſuſpicionesꝫ deſperatões. Sed ecõtra angeli boni purgant fantaſiã a fantaſmatibus vitioꝝ:pponẽdo bonas repñtatões:vt paſſiones xp̃i vel vanitat mundi mortis inſtantis:exẽploꝝ ſãctoꝝ premij celeſtis cruciatus inferni. In libertate boĩs ẽ acceptare ſuggeſtiones demonũ vel inſtigatões ꝛ repñtatões angeloꝝ:ꝛ cũ conatũ adhibet ad repellendũ prauas ſuggeſtiones demonũ ꝛ aſſentiẽdũ illuminatõibus ãgeloꝝ. Vincit michael cũ ſuis ĩ tali plio ꝛ draco pſternit:qz õbilitat vt ei⁹ ĩmo ꝛ qñ qs pfecte vicit aliqõ ũtiũ tẽtat diabol⁹ q tẽtauit nõ põt redire ad illũ tentãdũ:pcipue de illo vitio ſm origen̄.ꝛ mgr̃m ſñaꝝ in.z.li. Nõ eſt g timendũ nobis:qz etſi aduerſarij multi:tñ plures ſunt adiutores ꝛ fortiores p nobis pliãtes: in cⁱ figurã legit.4.re.6.q cũ exercitus regis ſyrie obſediſſet ciuitatẽ heliſei pphete:vt caperet eum: ꝛ ppter hoc diſcipulus dolẽdo clamaret hoc videns:capturã timẽs cõfortanit eũ heliſeus dicẽs Nolite timere:qz plures ſũt nobiſcũ:ĩpoq; orãte:aperuit dñs oculos diſcipuli ꝛ vidit mõtẽ ecõtra plenũ equoꝝ ꝛ currruũ igneoꝝ :q erãt ãgeli ĩ adiutoriũ heliſei. Vñ ꝛ factũ ẽ vt heliſeus captus non fuerit:ſed ipe habuit hoſtes in manibus ſuis:ꝛ de victoria nr̃a ipi angeli gratulanꝫ ꝛ cõſolãtur nos. Vñ ad hoc ĩuendũ poſtq; xp̃s vicit tentationes diaboli in deſerto ſcribitur. mat.4. Ecce angeli acceſſerũt ꝛ miniſtrabãt ei. Et nõ ſoluz ipi angeli boni nos adiuuãt ĩ bello tentatõnũ:ſed ꝛ ipi preueniũt conatũ. Vñ dr̃ p̃uenerũt p̃ncipes incitãdo ad bonũ p̃ncipãtur etiã ꝛ hñt magnã potestatẽ ſup hoĩes flagellãdi ꝛ puniẽdi ꝛ malos et bonos. Vñ vnus angel⁹ vna nocte occidit .185. milia de exercitu ſcenacherib:qui obſederat hieruſalẽ ꝛ regẽ eius ezechiã virꝫ ſanctũ :vt habet Iſaie.37. Vñ iter angel⁹ dñi occidit gladio peſtl 70.milia de populo iſrl̃:ppter peccatũ dauid inanis glorie denumerãdo faciẽdo populũ ſibi ſubditũ gl̃iando de multitudine:ꝛ ppter peccatũ populi ipius:eo q cõiurauerat cũ abſolone ꝺ dauid 2.re. vlti. Habriel quoq; archãgelus zachariam: cui apparẽs reuelauerat cõceptũ baptiſte:qz non credidit pcuſſit eũ mutitate dicens ei. Pro eo q nõ credidiſti verbis meis eris tacẽs ꝛ nõ poteris loqui vſq; in diẽ natiuitatis eⁱ⁹:luc.i. p̃cipantur inſup creaturas irrõnales:ipi.n.ſũt motores orbium ſeu planetaꝝ:vñ ſequit generatio rex in inferioribus:ppterea dicit ſalomon eccl̃a.i. Luſtrãs vniuerſa in circuitu pgit ſpũs.loquit ibi ꝺ ſole:et vocat ſpm̃:qz ſpũs eſt.i.angelus motor eius:non q planete ſint corpa aiata:vt quidã dixerũt. Tota.n.materia elemẽtaris eis eſt ſubiecta ad nutũ quo ad motũ localem. vñ ꝛ angeli fuerũt qui fecerũt pluere ignem ꝛ ſulphurẽ ſup ſodomam et gomorram:geñ.19.c.

Quãtum ad ſecunduz

.ſ.exercitiũ:in quo ꝺelectant ẽ pſalmodia.i. laudare deũ:hoc.n.eſt officiũ angeloꝝ ꝛ oĩm beatorum in eccleſia triũphãti. Vñ in libro beſdre:quẽ tñ nõ habemus dr̃ in excelſo throno vidi ſedẽ virꝫ:quẽ adorat multitudo angeloꝝ pſallentiũ in vnũ. Ecce cuius imperiũ manet ineternũ. Et iõo dñs dixit ad iob. Vbi eras cũ me laudarẽt aſtra matutina ꝛ iubilarẽt oẽs filij dei.i.angeli:apo.7. dicitur q oẽs angeli ſtabãt in circuitu throni ꝛ ſenioꝝ ꝛ quatuor aialiũ:ꝛ adorauerũt deũ dicẽtes B̃ndictio ꝛ claritas ꝛ ſapientia ꝛ gratiarꝫ actio: honor virtus ꝛ fortitudo deo noſtro ꝛc̃. Et tobi. vlti. dr̃ p oẽs vicos eius.ſ.ſuperne hieruſalẽ cantabitur alla qõ interpretat:laudate deũ oẽs. Cũ ergo cõtinue angeli faciant exercitium hoc:nec vnq; intermittãt merito cõiũguntur pſallentibꝰ ꝛ laudantibus deum. Naturale ẽ enim vt quilibet cõuerſetur ꝛ cõiungatur cum his qui exercẽt opus ꝛ artez ſuã:vt agricola cũ agricolis:artifex cum artificibuz:cantor cũ cantoribus:doctor cũ doctoribus:ſic angeli pſallentes ꝛ laudãtes cuz pſallentibus ꝛ choris angeloꝝ:ibi preueniũt angeli expectantes:qui veniunt ad laudandũ deuz ꝛ cõiunguntur pſallentibus:ꝛ etiam in alijs locis orantibus ꝛ laudantibus deum. Vñ ber. Diſcurrit angelus medius inter dilectã ꝛ dilectũ obſecrans illum:excitans illam:efferens vota:afferẽs dona:ꝛ precipue in myſterio miſſe:vñ gregor⁹ Quis fideliũ habere dubiũ põt mihi illo xp̃i myſterio in ipa ĩmolationis hora angeloꝝ choros adeſſe ꝛc̃. ꝛ de con. diſ.3.apoc̃l.8.dicitur. Stetit angelus iuxta aram templi habens turibulum aureum in manu ſua:ꝛ data ſunt ei incenſa multa:que ſunt orationes ſanctorum:vt offerret eas in conſpectu dei.turibulum aureum eſt officium charitatiuũ :quod habent ſcilicet orationes feruentes:que ſunt vt thus ardens deo offerendum non q deus iſta non ſciat per ſe:ſed in verbo reſpiciens angelus quaſi conſulit:quid inde p hominibus orãtibus habeat agere. Unde ꝛ rapha el angelus dixit tobie. Cum orares ꝛ ſepulturas faceres:ego obtuli orationem tuam domino ꝛc̃. tobi.12.ſimpliciter actuum.10.c. Oranti cornelio centurioni gẽtili apparuit angelus dicẽs. Corneli oratões tue ꝛ elemoſyne aſcenderũt coram deo. Mitte ergo ꝛ accerſi ſimonem:hic dicet tibi q̃d te oporteat facere.ſ.pro ſalute tua. Et cõiter orãtibus hominibus facte ſunt reuelationes angelorum. Sic danieli oranti pro liberatione populi ſui apparuit ei angelus qui reuelauit liberationem totius humani generis a ſeruitute diaboli per chriſtum determinans in.70.hebdomadibus tempus incarnationis quando fieret: vt patet danielis.9. Et quia nos in patria habemus facere idem officium cum eis ſcilicet laudare deum:ideo etiã hic ſuo exẽplo ad hoc nos inuitant ꝛ gr̃as agẽdo de bñficijs:vñ nato xp̃o facta ẽ mlt̃itudo militie celeſtis cũ angelo: qui nunciauerat eam paſtoribus cum gaudio laudantium

deum ⁊ dicentium. Gloria in excelsis deo ⁊c. luc. 2. Et angelus dñi descendit cum azaria ⁊ socijs suis in fornacem: ⁊ fecit medium fornacis: quasi ventum roris flantem: inducens eos ad laudandum deum in omnibus creaturis.

Quantum ad tertium

consortiū quo sociantur: ibi nōtur in medio iuuēculariū tympanisteriaꝝ: non est hoc intelligendum fm corticem littere. Littera enīz occidit ait apls. Non enī credendū est angelos in medium stare magis mulieꝝ q̄z viroꝝ: ⁊ iuuenum corpore q̄z senum: ⁊ pulsantiū tympanū magis q̄z non pulsantium: immo nec' vsitatum est mulieres pulsare tympanū. Loquitur ḡ de animabus: que cū virtutibus dedite sunt: dicuntur iuuencule. Iuuēcule enim sunt pulchre ad ostentandū: sunt fortes ad operandum: sunt inclinate ad amandū: sūt fecunde ad ꝓducendū filios bonorum operꝝ: aplus. In omni opere bono fructificantes. Sunt ⁊ feruide ad amandum deū ⁊ ꝓximum: canti. i. Adulescētule dilexerūt te nimis. Sunt ⁊ tympanistrie per austeritatē vite: cū enim pulsatur in tympano percutitur pellis mortui animalis: sic per abstinentiā percutitur corpus nostrū mortuū. i. morti subiectum. Pulsabat paulus tympanū: cū dicebat. Castigo corpus meum ⁊ in seruitutez redigo: sic exponit grego. illud. Laudate dñm in tympano ⁊ choro. i. in abstinentia ⁊ sobrietate. In choro. n. ⁊ si sit multitudo vocū: est tn cōcordia cātus. Sz notandum q̄ si tympanū nimis fortiter percutiatur: non sonus sequitur: sed fractura: ⁊ ideo moderate percutere oz in abstinentia. similiter ⁊ mortificatione corporis necesse est seruare discretōez ⁊ ꝓ mensura sumenda est cōseruatio sibi ⁊ bone habitudinis: ad que sibi incūbunt facienda: fm illud apli. vt castigati ⁊ nō mortificati. In medio horꝝ psallentiū angeli reperiuntur: cū his delectabiliter coniunguntur: quia cum his intelligunt se esse sociandos. Uñ ⁊ in forma iuuenū cōiter apparent: qō patet ex nouo ⁊ veteri testamēto. Nā mulieres que iuerant ad monumentū xp̄i ad vngendum corpus eius: viderunt iuuenem: qui angelus erat in eo cooperti veste candida: mat. vl. Et raphael tobie occurrit in forma iuuenis: ꝓp̄ quod dixit ei. Unde habemus te o bone iuuenis tobi. 5. Et quia abstinentia plurimū valet ad castitatem seruandā: cui permaxime pulchritudo spiritualis attribuitur: sed tho in summa: iō cum tympanistris cōiunguntur: nō cū deliciarus amatoribus: vbi castitas periclitatur. Sicut autē angeli cū his cōiunguntur virtuose se habentibus: ita ⁊ in morte se eis cōiungentes ad ciuitatē supne patrie eos deferunt: sut dicitur de lazaro mē dico terrena substātia: sed ditissimo virtutibus. Factum est vt moreretur mendicus ⁊ portaret' ab angelis in sinu abrae: luc. 16. qui nunc est paradisus celestis. Ita deportatio quadrupliciter intelligitur fm vin. in speculo histo. li. 2. Primo qz angeli ab bonū nos ꝓuocāt: per quod ascendunt anime ad paradisū. 2°. quia ad gaudium paradisi desiderādū in articulo mortis eoꝝ effectus ꝓ uocant ⁊ accendunt: ita q̄ postposito naturali effectu: quē habent ad corpus libenter exeant: sic legitur de quibusdā sanctis: vt beato dominico ⁊ francisco: qui cuz gaudio: ⁊ magna fiducia mortem expectabant. Dominicus consolabatur fratres contristatos de suo recessu promittens se vltiorem post mortem. franciscus dicebat. Educ ō carcere deus animā meam ad confitendum nomini tuo ⁊c. 3° quia demones angeli arcēt ne impediant exeuntes: vz tētatiōib⁹ eos deuincendo. Sicut enim demones in morte durius infestant ad decipiendum animas: ita ⁊ angeli efficacius iuuant. Unde in libro ō similit. narrat anselmus de quodam monacho sui monasterij: q̄ p⁹ mortē apparens cuidam dixit. Ter vrsus inuasit me: sed vsarius domini dei liberauit me. Appellabat autem vrsum diabolum: ⁊ vsariuz michaelem archangelum. Ter vrsus inuaserat eum qz ter tētauit eum in morte: primo de peccatis cōmissis ante baptismum: quia adulter baptizatus fuerat. 2° de peccatis commissis post baptismum ante religionis ingressum. 3° de peccatis in religione commissis. Et cum in prima esset q̄si in procinctu desperationis nesciens quid responderet: angelus illustrauit eum ⁊ incitauit ad spez dicens sibi illa per baptismum remissa. Similiter cum in scōa quasi deficeret angelus suggessit fiduciam dicens commissa post baptismum per religionis ingressum fuisse condonata. In 3° respondit tentatus angelo instigante per austeritatem religionis ⁊ mortificationem voluntatis demū per patientiam in infirmitate sibi fuisse dimissa: ⁊ sic angelus demonem coercuit: ne salutē eius impediret. 4° dicuntur deferre animas i paradisum: quia quasdam priuilegiatas personas magne sanctitatis ipsi angeli in assumpto ab eis corpore aereo visibiliter animas in celum deferunt: sicut legitur ō beato nicolao de beato benedicto ⁊ beato martino: cuius animam vidit sanctus seuerinus archiepiscopus colonien⁹. ab angelis associatam psallentibus in celum deferre: ⁊ diabolum non potuisse impedire transitum eius. Et multo magis hoc credit de domini matre: q̄ chori angelorum in celum sociauerunt de hoc mundo migrante.

De numero ⁊ virtute angelorꝝ locutōes ⁊ ministerijs eorꝝ ⁊ custodia quo ad nos. c. 6.

b **Benedicite omnes**

angeli dño potẽtes ꝟtute faciẽtes ꝟbũ illi⁹ ps.c.z°. Gloziosus de⁹ in ꝑncipio creauit celum ⁊ terrã.i.naturã angelicã pure spũalem:⁊ naturam hũanã terrestrẽ ⁊ cozpozeã sui capaces. vñ ⁊ pzi mũ hominẽ de terra fozmauit q̃tũ ad cozpus ⁊ in terra agri damasceni:exquo alij traducerent ꝑm cozpus. Naturã aũt angelicã spũaliter distin ctã in oĩbus suis singularibus creauit in celo em pyrio ꝑm tho.in ꝑma pte.q.61.Cũ.n.natura ange lica pzesideat tota toti nature cozpozee:cõueniẽs fuit:vt in cozpoze supzemo.i.celo empyreo crea retur. Nõ est cõtra qõ ait angelus lucifer.Ascen dam in celũ.Isaie.14.qz intelligit illud de celo sanctissime trinitatis:cui se voluit adequari non de celo empyreo in quo erat ꝑm tho. Creata aũt fuit natura angelica:sicut ⁊ hũana in ꝑncipio tp̃is ante qõ nihil creatũ ẽ.Quãuis.n.grego.nazanze n⁹ ⁊ qdã greci antiqui doctozes dixerit angelos fuisse creatos añ hoies ⁊ añ tp̃s :vt refert magi ster Isnaz in z° li.allegãdo auctozitatẽ ẽt hiero.ni hil cõiter tenet ꝓbabili⁹ a latinis:q̃ non fuerunt creati añ:sz in pzincipio cũ creatura cozpali ꝑm tho.in ꝑma pte.q.61.cũ enĩ tã angeli q̃z creatura cozpozea in cõstõe vni⁹ vniuersi cõueniãt: nulla aũt ps ẽ pfecta a suo toto separata nec est ꝓbabi le:vt deus:c⁹ pfecta sũt opera:deutro.32.secundum creaturã angelicã crearet añ creaturas cozpoze as:tñ hziũ sentire non putatur erroneũ:ꝓpter au ctozitatẽ dicti grego.maxime ꝑm tho.vbi supza. Utrãq; aũt naturã creauit de⁹ ad ipm laudãduz vt dicit.z.sentẽ.di.i.qõ optime fit ab vtraq; ĩ tri umphãti ecclesia simul. In militãti ãt eccl'ia:q̃z/ to pfectius hoc ab hoĩe agit:tãto pfectioni stat⁹ patrie magis appzopinquat.vñ ps.Animã suam excitans:in illo ps.ad deũ laudãdũ ⁊ bñdicẽduz inuitare videt ad idẽ angelos nõ ipatiue vel sua siue ad eos loquẽs:sed indicatiue:vt exẽplo eo/ rum magis incitent. Benedicite ergo oẽs angeli z̃c.i.vos angeli benedicitis dñm:vbi quatuoz ỏ angelis videnda sũt. Primũ de ozdine collec tionis:ibi:oẽs ãgeli. Scõm de qualitate locu tionis:ibi:benedicite. Tertiũ de vigozositate actionis:ibi:potẽtes virtute. Quarto de velo/ citate obeditionis:ibi:qui facitis verbum z̃c.

Quantum ad primum

exq̃ ps ait.oẽs ãgeli:ĩnuit plures eẽ angelos .Et antiq philosophi posuerũt eẽ angelos plures:q̃s appellat substãtias sepatas.Et plato qdẽ dixit eẽ substãtias sepatas spẽs rez sensibiliũ:vtpote sup ponerem⁹ ipam naturã hũanã eẽ sepatã:quã di cebat p se humanitatẽ:⁊ sic de alijs spẽb⁹ rez.Et ꝑm hoc opoztebat substãtias sepatas seu angelos eẽ ꝑm numez spẽz sensibiliũ.Aristoteles aũt hoc repzobat:sed videtur ponere numerum specie/ rum substantiarum separataz ꝑm numez cozpo rũ celestiũ.Impfectã igit ⁊ ñ verã noticiã de hi⁹ habuerũt.Dicẽdũ ḡ ꝑm tho.in ꝑma pte.q. 50. q̃ angeli inq̃tũ sũt ĩmateriales substãtie in quadã maria multitudine sũt:oẽm materialẽ multitudi nẽ excedẽtes:Et hoc ẽ qõ dicit dio.x.c.cele.ie. Multi sunt dei exercitus supernaz mẽtiũ infir/ mam ⁊ cõstrictã excedẽtes nraz materialiũ cõ/ mensurationẽ. Nõ hi⁹:q̃ cũ pfectio vniuersi sit: id qõ deus intendit:pzecipue in creatõe rez: quã to aliq̃ sũt magis pfecta:tãto ĩ maiozi excessu sũt causata a deo:sicut aũt in cozpibus attẽdit excel sus ꝑm multitudinẽ:videm⁹ aũt q̃ cozpa incoz/ ruptibilia:q̃ sũt pfectioza ĩter cozpa :excedũt q̃si incozpozabiliẽ cozpalia. Nã tota latitudo actiuo rũ ⁊ passiuoz ẽ aliqd modicũ respectu cozpozuz celestiũ.Unñ rõnabile ẽ q̃ substantie ĩmateriales excedãt substãtias materiales:q̃si incozpozabiliẽ Et qõ dr dañ.7.Milia miliũ mĩstrabãt ei:⁊ de/ cies centena milia assistebãt ei:ponit ibi numer⁹ determinat⁹ ꝓ indeterminato.Cũ igit angeli sint valde multi:vbi aũt multitudo ibi confusio:nisi sit ibi ozdo:q̃ a deo sapiẽtissimo sũt vtiq; ozdina ta sũt ꝑm apl'm ad ro.13.Hec ḡ collectio angeloz distincta ẽ in triplicẽ hierarchiã ⁊ qlibet hierar/ chia ĩ tres ozdines.Unñ grego.in moz. Nouẽ sũt ozdines ãgeloz:cũ p sacra eloquia ãgeli archãge li thzoni dñationes virtutes ꝑncipat⁹ ptãtes che rubin ⁊ seraphin apta variatõe narratõe memo/ rãtur supnoz ciuiũ:quãte sint distinctões ostẽdi tur de pe.di.z.ꝑncipium.In ꝑma igit ⁊ supzema hierarchia ponũtur seraphin vt supzemi:deinde cherubin ⁊ thzoni:in media ponũtur dominatio nes pzincipatus ⁊ potestates:⁊ in tertia virtutes archangeli ⁊ angeli ꝑm grego. Et in huiusmodi ozdine relucet ministerium trinitatis. Nam ex vnitate hierarchie innuitur vnitas diuine essen/ tie.in tripartito ozdine ostenditur trinitas per/ sonarum.Et ipse quidem deus trinitas:que om/ nia operatur ĩ singulis diuidẽs:pzout vult:amat in seraphin vt charitas:nouit in cherubin vt ve ritas:sedet in thzonis vt equitas: dominatur in dominationibus vt maiestas:regit in pzincipati/ bus vt pzincipium.Tuetur vt virtus in virtuti/ bus:reuelat vt lux in archangelis:assistit vt pie/ tas ĩ angelis ⁊ in ꝑma hierarchia equitas thzo nis:in thzonis refertur ad patrem:cognitio veri tatis in cherub ad filium:ardoz amoz⁹ in sera/ phin ad spiritum sanctuz. In scõa hierarchia ma iestas dominationis ad patrem:rectitudo pzin/ cipandi ad filium:salus intuendo potestatem ad spiritum sanctum. In tertia operatio virtutum ad ipsum patrem :reuelatio lucis ad filium : in spiratio intellectus ad spiritum sanctum.In quo libet etiam angelo relucet vestigium trinitatis. Nam in quolibet est tria necessario distincte re periri ꝑm dio.scilicet essentia virtus seu potentia ⁊ operatio:⁊ tamen in vno sũt:⁊ sic omnes ange li bñdicũt dñm trinitatẽ ⁊ vnitatẽ insinuãtes.s. ex eoz cõditõibus .Et nõ q̃ angeli differũt non solũ numero:vt martinus a petro ⁊ huiusmõi:vt qdã asserebãt.s.q̃ omnes angeli vni⁹ hierarchie vel saltem vnius ozdinis differrent numero:

ſed cõueniret in vna ſpecie: ſicut omnes boues ſunt vnius ſpeciei bũane: ſed differũt etiã in vno ordine vnus ab altero ſpẽ: ſicut ouis a capra et equus a leone. Et q̃ hoc non ſit poſſibile etiam duos angelos: nedũ oẽs vnius ordinis eſſe vni⁹ ſpẽi, pbat ſic beat⁹ tho. in ꝑma ꝑte. q. 50. Ea que cõueniũt in ſpẽ et differũt numero tñ: cõueniũt i forma et diſtinguũtur materialiter: ſed angeli nõ ſunt cõpoſiti ex materia et forma. Dicit. n. dio. 4. c. de diuinis no. q̃ primo creature ſunt incorporales et imateriales intelliguntur. Unde ſequitur q̃ impoſſibile eſt duos angelos eſſe vnius ſpeciei ſicut eẽt impoſſibile dicere: q̃ eſſent plures albedines ſepate: cũ albedines non ſint plures: niſi ſecundum q̃ ſunt in pluribus ſubiectis. Dicit enim philoſoph⁹ in tertio methaphyſice: q̃ in his que ſunt eiuſdẽ ſpẽi: nõ eſt inuenire prius et poſterius ſed in angelis etiã vnius ordinis ſunt primi medij et vltimi ſm dio. q̃ non ſunt eiuſdẽ ſpẽi. Et hic cõprehẽdi põt mirãda ſpecioſitas et perfectio talis collectionis angelorũ. Nam minimus angelus eſt perfectior ſm naturam quolibet homine et quilibet angelus addit vnũ gradũ perfectõis naturalis ſuper alium imediate inferiorem: quia ſpẽs rerum ſunt ſicut numeri dicit philo. 8. metha. in quibus quilibet numerus addit vnã vnitatem ſuper imediate precedẽtẽ: ſicut trinarius addit vnũ ad binariũ: ita quilibet angelus: cum ſit alterius ſpẽi ab alio addit maiorẽ perfectõis gradũ naturalẽ: et ſic etiã maiorẽ gradũ glorie. Cum igitur ſint de infimo ordine ad minus tot numero: quot homines in mundo: quia quilibet habet vnum ad ſui cuſtodiã: ſi erunt dicamus p vnũ numerũ reſpectu mille miliones gradus maioris perfectionis magis q̃ primus: et ſic diſcurrere per alios ordines ſupra poſitos. Benedicite q̃ oẽs angeli dñm: ſicut opa bñdicũt et laudãt magiſtrũ: qñ ſunt pulchre facta. Tanta q̃ perfectio et nobilitas angelorũ nobis inſinuat magnificentiam creatoris: et ſic benedicit deum.

Secunduz quod eſt cõ

ſiderandũ in angelis eſt de modo locutionis eorum: quia dicit benedicite. Benedicere eſt dicere bene. Unde et loquit̃ apls et dicit. i. cor. 13. Si linguis hoim loquar et angelorũ: zacha. etiam dicitur q̃ vnus angelus dixit ad alterũ angelum que loquerẽtur ipi, ppbete. Eſt q̃ locutio in angelis: ſed non modo noſtro: cũ non habeant corpa et linguã et huiuſmodi. Ad intelligendũ igitur quõ angeli loquãtur alter alteri eſt notandũ ſm tho. in prima ꝑte. q. 107. q̃ voluntas mouet intellectum ad ſuã operationẽ. Intelligibile autem ẽ in intellectu tripliciter. Primo quidem habitu aliter vel ſcõm memoriã: vt aug⁹. dicit. 2° vt actu cõſideratũ et cõceptũ. 3° vt ad aliud relatum. Manifeſtũ ẽ aũt: q̃ de primo gradu tranſfertur intelligibile ad ſecundũ per imperiũ voluntatis. Unde in diffinitione habitus ponitur. quo q̃s vtitur cũ voluerit. Similit̃ et ꝺ ſcõo gradu trãſfertur in tertiũ per volũtatẽ: nã per volũtatẽ conceptus mentis ordinatur ad alterũ: puta vel ad agendũ aliquid vel ad manifeſtandũ alteri. qñ aũt mens ſe cõuertit ad actum cõſiderãdũ: que habet in habitu: tunc loquit̃ q̃s ſibiipi. Nam ipſe cõceptus mentis interius ꝟbũ vocatur ex hoc q̃ cõceptus mentis angelice ordinatur ad manifeſtandum alteri voluntatẽ ipius angeli: cõceptus mẽtis vnius angeli innoteſcit alteri: et ſic loquit̃ vn⁹ angelus alteri. Nihil ẽ enim aliud vnũ angelum loqui alteri: q̃ cõceptũ ſuũ manifeſtare. Cõcept⁹ quidẽ mentis interior in homine clauditur duplici obſtaculo ne videat̃. Primo quidẽ volũtate: que ipm cõceptũ mentis vult ad intra retinere et nõ extra manifeſtare. 2° mõ clauditur conceptus mentis hominis alteri per groſſitiem eorum: que nõ permittit videre interiora: ſed in angelo non eſt obſtaculũ corporis: quia nõ habet illud: ſed tñ voluntatem: qñ q̃ vult angelus conceptum ſuũ vni manifeſtare et non alteri: tunc illi loquitur: et ille intelligit. Alij quibus non vult manifeſtari non intelligũt: et illis nõ dicitur loqui.

Notandum etiaz quod

angeli alio mõ loquũtur deo: alio mõ angelis bonis alio mõ hoibus. et deo quidẽ loqui dicũt̃ vel cõſultãdo diuinã voluntatẽ de agendis: nõ q̃ deus diſcat aliquid ab eis qõ neſciret: ſed ſicut diſcipulus loquitur magiſtro: non vt doceat: ſed vt doceatur: et ſic tobie dixit angelus raphael: q̃ obtulerat orationes ſuas deo: quaſi ei loquẽs et cõſulens reſpiciens in verbo eterno: quid eſſet circa illum agendũ per miniſterũ ſuũ. vel etiam loquitur angelus ad deũ eũ laudãdo de ſalute hominũ et dilatione dinine glorie: ſicut cũ nato xp̃o angeli cantabant: gloria in altiſſimis deo et̃. luc. 2. vel eius excellẽtiã: quã nũq̃ cõprehẽdit admirando: ſicut dicit grego. 2. mor. q̃ angeli loquũt̃ deo: cum per hoc q̃ ſuper metipos reſpiciũt i modum admirationis ſurgunt: et ſic intelligitur illa locutio: quã dicit Iſaie. 6. c. audiſſe ſeraphin clamantia. Sanctus ſanctus ſanctus dñs deus ſabaoth: vbi innuitur myſteriũ trinitatis in vnitate eſſentie: qõ ſumme admirantur: non ignorando ſz venerãdo: et clamo 2 eor̃ innuit vel magnitudinẽ rei vl magnitudiẽ effect⁹ eor̃. Et iſta qdẽ locutio quam faciunt ad deũ laudantes et admirantes ſemper continua eſt in celo ſiue in terra ſint: ſed illa alia qua eius ſapiẽtiã cõſulũt de agendis nõ cõtinua ẽ: ſed qñ aliqd nouũ occurrit agẽdum per eos: ſup quo illuminari deſiderãt: et diſtantia localis: vt cũ ſũt in terra nobis miniſtrãdo: non impedit nec retardat in aliquo cõſultatõem eor̃ et manifeſtationez eis fiendam. Loquit̃ vero angelus ad angelum bonum aliter inferior ad ſuperiorem aliter ſuperior ad inferiorez. Inferior. n. ad ſuperiorem non illuminando de eo quod neſcit circa diuina myſteria vel diſponenda

